

SANCTI PATRIS NOSTR  
JOANNIS DAMA  
SCENI

MONACHI ET PRESBYTERI  
HIEROSOLYMITANI  
OPERA PHILOSOPHICA ET THEOLOGICA  
QUAE EIUS NOMINE CIRCUMFERUNTUR

*Ex editione Venera & Parisiensis.*

Pars Prima complectens  
*Dialecticam Physicam & Hereses..*

cum  
Illustrissimi, ac Reverendissimi  
Domini  
PETRI PAULI AARON  
de Bisztra  
EPISCOPI FOGARASIENSIS Benedictione,  
nunc primum hoc ordine typis edita.

---

Balasfalvæ Anno Domini MDCCCLXIII.

V. Conventus Libaniensis.

1140



S. GREGORIUS  
NAZIANZENUS  
COGNOMEN TO THEOLOGUS,  
ORAT. XXXIX.

Vis Theologus aliquando fieri ac Divinitate dignus? Mandata serva; per Dei præcepta incede: PRAXIS enim gradus est ad THEORIAM.

Inu. 9 PRÆ-

UNIVERSA  
TRIPARTITA PHILOSOPHIA  
SENSUI

DOCTORIS NOSTRI DUNSI, SEU  
NATIONE, SEU COGNOMENTO SCOTI  
CONSONA; QUAM

SUB FELICISSIMIS AUSPICIIS  
EXCELENTISSIME,  
ILLUSTRISSIME, AC  
REVERENDISSIMI

DOMINI, DOMINI

**GABRIELIS**  
**GREGORII MAJOR**

DE SZARVAD,, DEI ET APOSTOLICÆ SEDIS GRATIA,  
VALACHORUM GRÆCORUM RUTHENORUM, ET RASCIANORUM, IN  
MAGNO PRINCIPU TRANSYLVANIE PARTIBUSQUE REAPPLICATIS

**EPISCOPI FOGARASTENSIS,**

SS. CÆS. REGIÆ, ET APOSTL. MAJESTATIS STATUS CONSILIARIIL  
INTIMI ACTUALIS DOMINI DOMINI PATRONI GRATIOSIMI  
BENISSIMI ETC.

IN VENERABILI CONVENTU DÉÉSIENSI AD

DIVUM ANTONIUM PATAVII THAUMATURGUM.

Pugnæ Literariæ substernendam suscepérunt:

RR.FF. FERDINANDUS GERLACH. CHRYSOGONUS SZÁSZ, THEODORUS LÁZÁR, CAROLUS LEMBEL & DAMASCENUS HLUCHI.  
Almæ Reformatæ Provinciæ Stephaneæ S. P. Francisci in  
Transylvania Clerici Prof. Phil. Auditores emeriti  
Sub Praefidio:

P.F. VALENTINI MÁRKOS,  
ejusd. Instituti, & Provinciæ Philosophiæ Lectoris actualis.

CLAUDIOPOLE,

Typis Josephi Francisci Kollmann, acad. Typog. & Bibl

EXCELLENTISSIME,  
ILLUSTRISSIME,  
REVERENDISSIME  
DOMINE DOMINE  
PATRONE GRATIOSSIME,  
BENIGNISSIME !



Sinito Præful EXCEL-  
LENTISSIME nos in  
parendi sortem genitos,  
& votis præconceptis ingenua devo-  
tione parere, & Munificis TUIS  
Auspicijs felices esse; fuerit hæc ve-  
nia digna temeritas, quæ purpureæ  
Sacri TUI fastigii Tyaræ; Pedoque  
virtutis summæ Præmio, perexiles  
hos ingenii census supplex præsumit  
appendere; virtutis inquam TUÆ  
(Cujus confortio ad superos pene.

proiectus) fama; plurimis indiciis,  
in infimos quosque probata testis be-  
nignitas, humanissima adversus om-  
nes demissio; peritissimæ TUA lite-  
ris inclytæ Antistes sapientiæ magni-  
tudo, non modo in septicolis Daciæ  
finibus occlusa hæret; verum trajecto  
paulisper mari nota est Italiæ, ipsique  
comprimis Urbi omnium Principi  
Romæ; Hungaria quoque amplissi-  
marum TUARUM virtutum non i-  
gnara qua TE æmalorum invidiam, &  
amicorum fidem vicisse admirata est;  
& certe ut silentio prætermittam sum-  
mam illam multiplicitati merito in exte-  
teris quoque Provinciis, Doctrina,  
Prudentia, Urbanitate, linguarumque  
complurium peritia partam existima-  
tionem, quæ Dignitatis TUÆ decus  
non parum auget atque amplificat; &  
ipsi Augustissimo Imperatori, Sacra-  
tissimæque Apostolicæ Reginæ MA-  
RIÆ THERESIÆ Transylvaniæ  
Prin-

Principi Clementissimæ Virtutum Tu-  
arum: Zeli in Religionem Catholi-  
cam, Fidelitatis in Principem, Pie-  
tatis in DEUM probe consciis Ar-  
gumento tribuisti, ut profusos Cæ-  
fariæ Clementiæ radios in TE diffun-  
derent; & merito quidem TUO, in  
Magno Transylvaniæ Principatu, par-  
tibusque eidem reapplicatis SACRI  
Græci Ritus Catholicorum, tot amplissimis Beneficiis Augustissimorum  
Imperatorum Caroli, & Leopoldi Cu-  
mulatu Fogarasiensi Episcopatui Præ-  
ficens; ut vero Augustissimæ Domi-  
næ Liberalitas Cæsarea; honorifica  
Solemnitate Lætisonos inter inviola-  
tam faustitatem, diutissimamque feli-  
citatem voventium Clangores TIBI  
obtigit; ex hoc: pro Desponsatæ  
sanctæ Catholicæ Ecclesiæ icolumi-  
tate ceu pro Domo Israel excubias,  
& labores, pro Arctissimæ Unionis  
incremento sudores, viarumque in-

commoda , mira agendi dexteritate  
obire cœptum ; eo progressu : ut bre-  
vi temporis spacio oberrantibus a via  
veri quatuor fere millibus ovium ; Ze-  
lo propagandæ Fidei Catholicæ Do-  
ctorem ; Pascuo Spiritus destitutis  
Pastorem ; Litigiis Religionis sacra  
concernentibus Judicem Discreto stu-  
dio præbueris ; Quidquid in Licæis  
scibile ; in humanioribus robustæ fa-  
cundiæ ubertati , in severioribus Phi-  
losophicis Elucubrationibus haud um-  
bratilis scientiæ utilitati ; in sacratio-  
ribus , tractandæ novæ Methodi ne-  
cessitati incremento accesserit TUA  
potissimum opera aut initum , aut cer-  
te progressum maximo reflorentis ca-  
tholicæ Religionis emolumento acce-  
pisse existemes. Complura alia No-  
bilissima Apostolici TUI Muneris Ar-  
gumenta ; quibus Multis umbram fe-  
ceris reticere verecunda TUA mode-  
stia jubet ; & moderatio postulat ; id

Uni.

Unicum adnexuero quod ea & mihi  
fit ; publica hæc TUO PRÆSUL  
EXCELLENTISSIME Nomini nun-  
cupandi vilis donarii ratio ; indigni  
quidem , qnod TUIS auspiciis ful-  
geat ; at si quæsissem condignum fa-  
stigio munus in paupertatis Ærario  
non suppetebat ; si maxime conde-  
cens ; hæc Tripartita Philosophia e-  
rat , quæ optimo omine a profusa  
TUA humanitate juberi desiderat , &  
pedibus advoluta ad prælia destinata  
firmari , & si vicerit in perenne TUÆ  
in nos Beneficentiæ. Monimentum su-  
perstes futura TUAM Liberalissimam  
**PRÆSUL EXCELLENTISSIME**  
tenacitatem & exermis venerabitur ;  
& ita semper colet , ut deinceps vi-  
gilantissima devotione adnifuram se ,  
ne quid ex TUIS virtutibus posteri-  
tatem lateat policiatur ; id Unum ter-  
rarum , syderumque auctorem homi-  
nibus sponte adnumeratum precatu-

rus , ut sospitem TE , omnis iniquio-  
ris fati expertem , Astra Nobis , S.Cath.  
Ecclesiæ incrementis , utriusque Rē-  
publicæ ornamenti tribuat supersti-  
tem quam diutissime felicem , ut ra-  
dicata per TE Catholica Religio , si-  
ne limitibus dilatari , felicitas florere,  
tranquillitas fulciri possit in seras po-  
steritates duratura ; ita sincero Cultu  
Vovet

**EXCELENTISSIMÆ**  
**Illustrissimæ ac Reverendissimæ**  
**Dominationi TUE !**

*Devotus cliens & Capellanus  
Præses cum Defendantibus.*



## EX LOGICA.

### I.

Logica vera scientia, rationem asse-  
quendæ veritati idoneam efficiens,  
estque ejus II. Ad reliquas Philosophiæ  
partes omnesque universim scientias sci-  
entifice cognoscendas absoluta necessitas  
proin III. Dari in hac rerum serie veri  
nominis scientiam contra scepticos mani-  
festo consequitur; IV. Post Adæ peccatum  
( quem liberalitas cœlorum cuncto huma-  
nitus scibili convestiverat ) homines i-  
gnorantiæ & peccato obnoxii offusam men-  
ti caliginem ope Logicæ docentis, & usæ,  
diversisque earum realiter habitibus illu-  
strarunt; V. Cujus supremum objectum  
formalis veritas esto; VI. Simplex per-  
ceptio est Mentis affirmationis vel Negatio-  
nis

expers affectio ; quare in est Menti vis  
perceptionum , seu notionum effectiva ;  
igitur VII. Complures facili rationis usu  
efformare potest ideas , & non nisi Uni-  
versalium principiorum innatas ; VIII.  
Omnes tamen veras , & nullas falsas IX.  
Inter gradus Metaphysicos ejusdem sim-  
plicis essentiae formalis distinctio cum præ-  
cisione itidem formaliter objectiva adhuc  
dum perseverat ; X. Judicium est actus  
simplex Menti annuentis vel abnuentis  
concordiae idearum , ad intellectum poti-  
us quam voluntatem pertinens XI. Nul-  
la propositio aliquid contingenter futuri  
enunciativa rescisso Decreto est in se de-  
finite vera , vel definite falsa XII. Præsti-  
to assensu Præmissarum sylogismi demon-  
strativi , est dicendus intellectus necessita-  
tari , quoad speciem , & exercitium , non  
tamen ita quoad exercitium necessitari vi-  
detur posito assensu sylogismi probabilis ;  
XIII. Ad verum a falso discernendum ab-  
unde suffragantur regulæ Logicæ ; neque  
alio criterio Philosopho opus ; XIV. Pos-  
se intellectum per diversa media , & mo-  
tiva idem credere , scire , & opinari me-  
rito asserimus.

# EX METAPHYSICA.

## I.

**M**etaphysica rerum possibilium Liber-  
rime factarum, & æternarum notio-  
nes maxime Generales speculatur versatur  
circa Ens, ejusque proprietates ; II. Duobus  
fundamentis Principii contradictionis, &  
rationis sufficientis, ceu basibus innixa.  
III. Ratio sufficiens pro intrinseca Rerum  
possibilitate accepta est concordia Prædi-  
catorum rem intrinsecus constituentium,  
sumpta vero pro externa, est omnipot-  
tentia Dei ; IV. Cui si forma actualitatis  
superveniat sumit denominationem Entis  
existentis, aut creaturæ, quare existentia  
Entis ab alio est ipsa ejus actualis essentia,  
cujus V. Suppositalitas in pura duplicitis  
communicabilitatis negatione consistit VI.  
Omnium Entium quæ in hoc universo si-  
mul, & successive existunt complexio ap-  
pellatur mundus ; cuius materia a condi-  
tore liberrime facta, ejus fini apprime cor-  
respondet, igitur perfectus & unicus VII.  
Cujus systema in copernicana hypothe-  
si, utpote Divino codici adversa consti-  
tui non potest VIII. Neque quoad ulla  
quidem Entia potuit ab æterno produci,  
qui

qui a Deo in tempore factus est ; IX. In tota Universi Machina ita leges naturæ distributas agnoscimus, ut Deum omnibus providere censeamus, nec in ea ullum sibi locum casus, aut fatum, sed sola Divina vendicet providentia ; subjacent tamen Dei arbitrio quoad exercitium impeditre, vel alterius causæ effectum inopinatum substituere potentis, quod miraculis accensemus. X. Series Entium complectitur etiam mentem humanam, utpote substantiam simplicem, spiritualem, & natura sua immortalem XI. Cujus corpori informando, regendoque Commercium in solo influxu physico convenientius explicatur. XII. Animæ potentiaz præcipuæ sunt intellectus, & voluntas, illius objatum est Ens Univiersum ; hujus vero bonum ; gaudetque libertate indiferente XIII. Bestias licet intellectu & ratione carere afferamus, Phantastica tamen cognoscendi facultate præditas exprimento constat ; XIV. Ex vivida intra mundani hujus Universi consideratione Dei existentiam naturali evidenter demonstrabilem confitemur.

# EX PHYSICA.

## I.

Physica primaria corporis naturalis Elementa considerat, quæ neque in systemate Atomistarum, aut Elementariorum, verum in tribus Peripateticorum pro fieri Principiis statui possunt; II. Unicum esse in compositis subjectum Materiale, in completum agnoscimus Leibnitianæ monadi accensendum; III. Licet plures actus successivi idem subjectum actuandi potentia sint prædicti, disparatis tamen idem complexum efficiendi potestatem principium contradictionis vetat; verum in subordinatis id fieri posse forma corporeitatis, & animæ rationalis extra dubium collocavit IV. Partes essentiales constituunt totum Physicum tertium illud Scotisticum quod a partibus realiter distinctum arbitramur; V. Dantur causæ creatæ suorum effectum vere effectrices VI. Et plura se mutuo causare, & eundem Numero effectum a pluribus causis totalibus produci natura vetat; hinc neque accidens efficit substantiam VII. Etsi omne agens agat propter finem in specie; individuum tamen effectus, providus na-

turæ

turæ auctor determinat; VIII. Cum cau-  
ſæ secundæ ſint limitatæ virtutis non po-  
teſt quidlibet, ad quodlibet efficiendum e-  
levari; IX. Thomistica Dei præmotio  
neque cum libertate creata, neque cum  
ſanctitate aliisque Dei perfectionibus vi-  
detur poſſe compati; X. Nullum corpus  
absolute quiescit, quare cuncta dupli-  
ci lege moventur, prima: Corpus omne  
perfeverat in ſuo ſtatu quiescendi, vel  
abeundi per Lineam rectam motu uni-  
formi, niſi ab alia quapiam vi ad ſtatus  
mutationem determinetur; Altera: Ac-  
tioni æqualis ſemper, & contraria eſt re-  
actio; continuati igitur motus vel quie-  
tis cauſa eſt vis inertiæ; XI. Reflexi vero  
cauſa a vi Elaſtica repetenda; XII. Cele-  
ritas mobilis per saltum fieri non poſteſt;  
fieri vero neceſſe eſt per intermedias om-  
nes magnitudines juxta legem continuita-  
tis; XIII. Corporibus ſibi incurrentibus  
omnem penitus attactum Mathematicum  
denegamus; XIV. Dari vires repulſivas  
a certis diſtantiis dependentes vis indi-  
ſtantis activa camprobat; XV. Locus eſt  
determinatus modus existendi, quo unum  
quodque ſimultaneorum in ſerie continua  
cæteris coexistit; hinc localis replicatio,

com-

compenetratio , vacuum coacervatum  
Divinitus non repugnat ; XVI. Attamen  
Creatura perfectissima simpliciter infinita  
dari non potest ; XVII. Ult continuum  
permanens in partes & lineas minores, ita  
successivum in plura minora tempuscula  
dividuum est XVIII. Cœlum est corpus  
simplex , solidum , inanimatum , cuius  
magnitudo etsi incomprehensibilis non ta-  
men sine limitibus est XIX. Sol est fi-  
guræ sp hærodialis virtualiter ignitus , lu-  
mine proprio alia opaca cœlestia corpora illu-  
minas ; quæ omnia sunt globosa, montibus  
& vallibus obsitata, ut si sola Analogica ra-  
tio sufficeret diceremus inhabitabilia XX.  
Via lactea Gallaxia dicta est, congeries in-  
numerabilium stellularum nudo oculo in-  
discernibilium XXI. Ecclypsis solis ab in-  
ter positione lunæ, hujus vero ex globi  
terraquei umbra efficitur, Ecclypsis ta-  
men quæ in morte Christi contigit natu-  
rali Ecclypsæos causæ tribui non potest ;  
proin miraculosa fuit ; XXII. Ascensus  
halituum a Molæculis aere levioribus per-  
ficitur ; XXIII. Pluvia fit ex humidorum  
halituum bullulis in magna quantitate con-  
gregatis, inque deciduas guttas resolutis ;  
XXIV. Fontes & flumina perennia ama-

ri pervenas subterraneas originantur , et  
si nives , & pluvias non nihil addere asse-  
ramus XXV. Tonitru ex vehementi colli-  
sione nubium factus sonitus , ab exhalatio-  
ne Calida , & Sicca Nitroso sulphurea edi-  
tus ; id si intra cavitatem nubium copio-  
sior compactiorque fuerit , & prærapida  
celeritate erumpat fulmen dicitur XXVI.  
Halo efformatur ab aere tepido , & osci-  
tante , XXVII. Montes ignivomos censem-  
us fieri ob abundantiam nitri , sulphuris ,  
& bituminis in montium Cavernis laten-  
tem , quæ subinde ex attritu ignem con-  
cipiunt ; XXVIII. Affectus sympathici , &  
Antipathici a corporum constitutione , hu-  
morumque concordia , vel discordia , in-  
stinctu naturali facile excitantur XXIX.  
Causa Metallorum probabilius est sulphur  
& argentum vivum cum influxu sydæreo  
XXX. Iris fit e radiorum solarium in nu-  
be Roseida refractione inque oculos re-  
flexione , potuit naturaliter fieri ante Di-  
luvium non tamen fuit , ut signum perpe-  
tui fœderis , pro eo enim ut fieret pri-  
mum post Cathaclysmum erexit Deus , cui

AMO IS CVLTVS IN VERA CHRISTIANITA-  
TE DEBET VR.

# PRÆFATIO

*Ex toto primi insituationum Theologice  
rum antiquorum Patrum, Venerabilis  
Cardinalis Thomasi, edit. Rom.  
Anno Domini MDCCIX.*

## AD PIUM LECTOREM

*S*apientiam omnium Antiquorum exqui-  
ret sapiens :  
Narrationem virorum nominatorum conser-  
vabit .

† Cor suum tradet ad vigilandum diluculo  
ad Dominum qui fecit illum ;  
& in conspectu altissimi deprecabitur :  
aperiet os suum in oratione ;  
& pro delictis suis deprecabitur .  
Si enim Dominus magnus voluerit ,  
spiritu intelligentiae replebit illum :  
& ipse tamquam imbre mitter eloquias sa-  
pientiae sue ;  
& in oratione confitebitur Dominus .  
& ipse diriget consilium ejus & disciplinam  
& in absconditis suis consiliabitur .  
Ipse palam faciet disciplinam doctrinæ sue :  
& in lege testamenti Domini gloriabitur .

A 2

LEO

\* Eceli. 39. f 900 cod. Vaticano

LEO Episcopus MARCIANO Augusto ,  
P uritatem fidei Christianæ , qua clemen-  
tia vestra præfulget & c. \* Et possemus  
minus laborare in hereticis repellendis ; si  
rudes ani nos ipsa non turbarent mendacia ,  
quæ pertinet Antiquitas . Sed nunc ut dixi ,  
HIC DOCENDI OPTIMUS MODUS  
EST , ut Paternorum sensuum linea Ae-  
xandrinæ plebis & Cleri auribus inno-  
scat & c. Data quinto Idus Martii , A-  
rio & Studio viris clarissimis Consulibus .  
Anno 454.

INNOCENTIUS III. Episcopo Cremonensi.  
(c. 2. De presbytero non baptizato.)

A Postolicam sedem consulere decrevisti  
&c. Lege super octavo libro Augusti-  
ni de civitate Dei , ubi inter cœtera legi-  
tur : Baptismus invisibiliter ministratur ,  
quem non contempnit religionis , sed ter-  
minus necessitatis excludit . Librum etiam  
beati Ambrosii de obitu Valentianii idem  
asserentis , revolve . Sopitis igitur quæstio-  
nibus doctorum Patrum sententias teneas .

GRE

\*S. Leo magnus epist. 104. sl. 69.

GREGORIUS IX. Episcopus servus servorum Dei. Dilectis filiis universis Doctoribus & magistris Theologie Parisius docentibus. Sal. & Apust. bened.

\* A B Ægyptiis argentea vata & aurea sic accipienda sunt mutuò , quod spoliatis eidem darentur Hebræi ; non ut jidem in servitutem illorum , quasi ad partcipium pretii venundati , redigantur : quoniam etsi doctrina cælestis eloquii de sapientia & eloquentia philosophici dogmatis quasi mutuum ad sui ornatum assumat interdum ; ei tamen deservire non debet ; nec intellectus ipsius ad illius intellectum ulla- tenus inclinari . † Puella etiam de hostibus capta , quæ pilis rasis & ungulis circumciisis viro Israelitico jungitur , damnari non debet eidem , sed obsequi potius ut subjecta . Et quidem Theologicus intellectus quasi vir habet præesse cuilibet facultati , & quasi spiritus in carnem dominium exercere , ac eam in viam dirigere rectitudinis ne ab- erret . Denique qui verba cælestis oraculi adulterina Philosophorum doctrinæ commi-

¶

xione, \* a sui sensus molitur inflatus & nika sciens puritate divertere, inclinans eadem ad Philosophicum intellectum; & quasi de corde suo properans, viro adultero adnaturere cum muliere Samaritana videtur; tali aquam vivam polcenti, qua in vitam salit atremam, præcipitur ut virum suum dimisso adultero aducet, purum videlicet & simplicem intellectum, nullo terreni eloquii fermento corruptum: sine quo qui ambulant in circuitu, § sequendo insipientiam sui cordis, & se scire aliquid aestimando, q̄ pervenire ad centrum nequeunt veritatis. Fabricatores enim argenti, eloquentie videlicet naturalis, & solliciti circa eam, juxta verbum Propheticum “exterminati sunt, & ad inferos descenderunt, eo quod viam cælestis ignoraverint discipline, ac ipsius semitas non comprehendenter intellec-  
tum.

Fili quoque Agar, qui exquirunt prudentiam que de terra est, & negotiatores terræ & Theman, fabellatores, & exquisitores intelligentiae Mundanæ videlicet, viam Sapientiae

3

nesci-

\* 1. Tim. 6. + Joan. 4. § Psal. 11.

¶ 1. Cor. 8. “Baruck. 3.

¶

neſcierunt : quoniam cum Deum ex creatu-  
rum magnitudine cognovisſent , & glo-  
riam non dederunt , \* nec egerunt gratias  
tamquam Deo . & dicentes , § Lingua m no-  
ſtrā magnificabimus , “ labia noſtra a n-  
bis ſunt : quis noſter eſt Dominus ? evanue-  
runt in cogitationibus ſuis ; ¶ & obscuratum  
eſt inſipiens cor eorum : & ſapientes aſti-  
mantes ſeipſos , facti ſunt ſtulti ; in repro-  
bum ſenſum dati , abominabiles & corrui-  
pti , agentes huius dolore , “ ac ſub  
labiis venenum aſpidum deferentes . Sane  
facti dolore cordis intrinſecus , amaritudi-  
ne repleti ſumus absinthii , quod , ſicut no-  
ſtris eſt auribus intimatum , quidam apud  
vos ſpiritu vanitatis ut uter diſtent , poſi-  
tos a Patribus terminos prophana tranſferre  
ſatagunt novitate : oceleſtis Paginæ intelle-  
ctum ſanctorum Patrum ſtudiis certis ex-  
poſitionum terminis limitatæ , quos tranſ-  
gredi non ſolum eſt temerarium ſed pro-  
phatum , ad doctrinam Philosophicam na-  
turalium inclinando , ad ostentationem ſci-  
entiae

\* Sap. 13. § Rom. 1. “ Psal. 1L.

¶ Rom. 1. \*\*\* Psal. 13.

entia non profectum aliquem auditorum : ut sic videantur non Theodoſti , ſeu Theologi , ſed potius Theophanti . Cum enim Theologiam ſecundum approbas traditiones Sanctorum exponere debeant , § & non carnalibus armis , ſed Deo potentibus deſtruere omnem altitudinem extollentem ſe adverſus ſcientiam Dei , & captivum in obſequium Christi omnem reducere intellec- tum : ¶ ipsi doſtrinis variis & peregrinis ab- dueti , redigunt caput in caudam , & an- cillæ cogunt famulari reginam , videlicet documentis terrenis cæleſte , quod eſt gen- tium , tribuendo naturæ . Profeſto ſcientiæ naturalium plus debito iſſiſtentes , ad infir- ma & egena elementa mundi ; quibus dum eſſent parvuli ſervierunt , reverſi , & eis deuio ſervientes ; tamquam imbecilles in Christo , lacte non ſolido cibo vefcuntur , & viidentur cor nequaquam gratia ſtabiliſſe : propter quod ſpoliati gratuitis , & in ſuis naturalibus vulnerati , ad memoriam non reducunt illud Apoſtoli , quod iſpos legiſſe credimus jam frequenter : “ Profanas vo-

§ 5

cum

§ 2. Cor. 10. ¶ Hebr. 13. “ 1. Tim. 6.

cum novitates , & falsi nominis scientiae oppositiones devita : quam quidam appetentes exciderunt à fide . Quid in providi & tardi corde in omnibus quæ divinae gratiae assertores , Prophetæ videlicet , Evangelistæ ac Apostoli sunt locati ! cum natura per se quidquam ad salutem non possit , nisi gratia sit adjuncta . Dicant Præsumptores hujusmodi , qui doctrinam naturalium amplexantes , verborum folia & non fructus auditoribus suis apponunt ; quorum mentes quasi siliquæ pastæ , vacuæ remanent & inanes ; & eorum anima non potest in crassitudine delectari , eo quod sitibunda & auida , § aquis Syloë currentibus cum silentio non potatur ; sed eis potius quæ de torrentibus philosophicis hauriuntur , de quibus dicitur : Quo plus sunt potæ , plus sitiuntur aquæ ; quod satietatem non afferunt , sed anxietatem potius & laborem . Nonne dum ad sensum doctrinæ Philosoporum ignorantium Deum sacra eloquia divinitus inspirata extortis expositionibus , imo distortis inflecent , + juxta Dagon Arcani Fœderis collocant ,

&

§ *Esaï. 8. + 1. Reg. 5.*

¶      ¶      ¶

¶ & adorandam in Templo Domini statuerunt imaginem Antiochi ? & dum Fidem conantur plus debito ratione astruere naturali , nonne illam reddunt quodammodo inutilem & inanem ? “ quoniam *Fides non habet meritum , cui humana ratio præbet experimentum .* Credit denique intellecta natura , sed fides ex sui virtute gratuita intelligentia credita comprehendit ; quæ audax & improba penetrat , quò naturalis nequit attingere intellectus . Dicant hujusmodi naturalium sectatores , ante quorum oculos gratia videtur proscripta , quod Verbum quod erat in principio apud Deum , factum est caro , & habitavit in nobis ; est ne gratiæ an naturæ ? Absit de cœtero ut pulcherrima mulierum a Præsumptoribus stibio peruncta oculos , coloribus adulterinis fucetur : & quæ a suo Sponso circumamicta varietatibus , & ornata monilibus , procedit splendida ut Regina , consutis Philosopham semicinciis , veste sordida induatur . Absit ut boves fœdæ ac confectæ macie , quæ nullum dant saturitatis vestigium ,

§ 5

spe.

¶ *I. Mach. i. “ J. Greg. hom. 26. ¶ Ges. 416.*

speciosas devorent , crassasque consumant .  
Ne igitur hujusmodi dogma temerarium  
& perversum ut cancer serpat & inficiat  
plurimos , oporteaque filios perditos plora-  
re Rachelem : præsentium vobis Authori-  
tate mandamus & districte præcipimus , qua-  
tenus prædicta velaria penitus abdicata ,  
sine fermento mundanæ scientiæ doceatis  
Theologicam puritatem , non adulterantes  
verbum Dei Philosophorum fragmentis : ne  
circa Altare Dei videamini lucum velle  
contra præceptum Domini plantare , &  
mellis commixtione sacrificium fermentare  
doctrinæ , § in sinceritatis & veritatis azy-  
mis exhibendum . ¶ Sed contenti terminis  
a Patribus institutis , mentes auditorum ve-  
strorum fructu cœlestis eloquii saginetis ;  
ut foliis verborum semotis , limpidas aquas  
& puras , tendentes ad hoc principaliter ut  
vel Fidem astruant vel Mores informent ,  
hauriant de fontibus Salvatoris: quibus refe-  
sti interna crassitudine delectentur . Datum  
Perusii Nonas Iulii , Pontificatus nostri an-  
no secundo . Anno 1228.

GRE

§ Dent. 16. ¶ Levit. 2:

¶ ¶ ¶

**GREGORIUS IX.** Episcopus servus servorum Dei, Dilectis filiis universis Magistris & Scholaribus Parisiensibus. Salutem & Apostolicam Benedictionem.

\* **P**atens scientiarum Parisius &c. Magistri vero & Scholares Theologiae, † in facultate quam profitentur, si studient laudabiliter exercere; nec Philosophos se ostentent, sed satagant fieri Theodocti; § nec loquantur in lingua populi & populi, linguam Hebream cum azotica contundentes: sed de illis tantum in scholis Quætionibus disputatione, quæ per libros Theologicos & sanctorum Patrum Tractatus valeant terminari &c. Datum Laterani Idibus Aprilis, Pontificatus nostri anno quinto Anno 1231.

\* Epist. 23. † Reg. f. 73. § 2. Ed. 13.

**E**x vita S. Joannis Damasceni § xxxi. edit. Venet. Anno Domini MD.CCLVIII.

XXXI. Non multum temporis intercessit, cum nullis non laudibus celebranda purissimaque (Virgo Maria) seni se per insomnium offert. Ecce fontem illum,

ait

„ ait , qui tam suaves profundere latices ,  
 „ tamque limpides , tam copiosos ac pror-  
 „ fusi nectareos potest , obstruxisti ? daturum ,  
 „ inquam , aquas recreandis animis idone-  
 „ as ; aquas præstantiores iis , quæ novo &  
 „ inusitato modo e petra fluxerunt in soli-  
 „ tudine ; aquas , quarum desiderio captus  
 „ fuit David ; aquas illas , quas Christus  
 „ Samatitanæ mulieri pollicitus est ? Sine  
 „ fontem manare . Manabit enim uberri-  
 „ me , ea que copia universum orbem per-  
 „ vadet , ut ingenti fluctu ipsamque hære-  
 „ sum maria superet , operiatque , & in  
 „ admirabilem dulcedinem conveitat . §  
 „ Qui sitiunt , ad aquam istam cito gres-  
 „ su convenient , & qui vitæ puræ argen-  
 „ tum non habent , affectionibus suis di-  
 „ venditis , mercentur a Joanne doctrinæ  
 „ operumque sinceram puritatem . Hic pro-  
 „ pheticam citharam assumxit , Davidisque  
 „ psalterium , quo canet cantica nova , can-  
 „ tica Domino Deo nostro . ¶ Moysis car-  
 „ men vincet musicis modulis suis , vincet  
 „ & Mariæ tripudium . Ad fabulas elega-  
     bun-

§ *Ezai.* 55. 1. ¶ *Exod.* 15. 1. & 20.

• buntur vana Orphei modulamina . Spi-  
„ ritualem ille cœlestemque melodiam  
„ concinet , § Hymnos Cherubicos imita-  
„ bitur . Ecclesiæ omnes ; filias utique Hi-  
„ erusalem , adolescentulas esse tympan-  
„ strias faciet , quæ novum Deo carmen ,  
„ annuntians eis Christi mortem & resur-  
„ rectionem . Hic dogmata fidei per quam  
„ recte tradet , \* omnisque hæresis confi-  
„ get pravitatem & obliquitatem . Eructa-  
„ bit ex ore suo verba bona , & dicet o-  
„ pera Regis omni admiratione majora .

XXXII. Senex porro arcana hæc edo-  
„ etus , mane Joannem vocat , hisque e-  
„ um verbis affatur : O fili obedientiae Chri-  
„ sti ! † Os tuum modo aperi , ut attrahas  
„ spiritum ; in quoem in corde tuo exce-  
„ pisti , hunc ore eructa , ¶ Os quippe tu-  
„ um loquetur deinceps sapientiam , post-  
„ quam in corde tuo meditatione tua pru-  
„ deniam multam sovisti . “ Aperi os tu-  
„ um , non in parabolis , sed in veritati-  
„ bus : non in ænigmatis , sed in dogma-  
„ tis

§ Psal. 67. 26. \* Psal. 44. 1. † Psal.  
¶ 8. 4. ¶ Psal. 118. 131. “ Psal. 77. 2.



tis. Loquere intra Hierusalem , quæ  
Deum videt , pacificam Ecclesiam dico,  
verba non vana neque futile , quæ per  
auras diffuant , sed quæ spiritus exara-  
vit in corde tuo . Conscendi in montem  
Sinai , ubi Dei visiones revelationesque  
perciperes , quamlibet te ad abyssum  
usque summæ humilitatis dimiseris .  
Nunc vero ascende super montem Ec-  
clesiæ , † & prædica evangelizans Hiè-  
rusalem : exalta in fortitudine vocem  
tuam . Gloriofa quippe dicta sunt de-  
te a Dei genitrice . Cœterum illud  
quoque mihi ignoscas velim , quidquid  
a me tibi impedimenti obvenit , cum ru-  
slicitate mea hoc tibi nimia præstite-  
rim .

XXXIII. Sub hoc tempore igitur divinos  
cantus Joannes auspicatus , \* melliflua car-  
mina cecinit , quæ quidem Ecclesiam ex-  
hilararunt , seu locum tabernaculi divini ,  
ubi sonus festivo more epulantem exaudi-  
tur . Neque hæc tantum præstítit ; verum  
& pro solennitatibus præcipuis sermones

edie

¶ *Esaï. 40. 9.* \* *Psal. 41. 5.*

❀ ❀ ❀

edidit; in primis sacrum illud volumen,  
atque ut ita loquar, tabulam divinitus ex  
sculptam exaravit; que quidem universis,  
seu sapientibus seu indoctis, non medio-  
cre solatiu[m] affert, & instar januæ est § ad  
subeunda Theologïæ mysteria, cœteraque  
veræ fidei dogmata, nec non ad brevi  
compendiariaque ratione speculandum &  
cognoscendum ea, quæ aut intellectum aut  
in sensu cadunt. Quem profecto li-  
becum ego cœlum dixerim, utpote qui re-  
atis demonstrationibus, tum a natura, tum  
a Scriptura petitis, iisque plane eruditis,  
tanquam syderibus splendeat. Quocirca  
quisquis in cœlum istud non contuetur,  
nec illius pulchritudine delectatur, hic vel  
cœcus fuerit, aut tenebris obsitus, sed  
& infelicem dicere non dubitem, qui ad  
divinum hunc splendorem cœcutiat.

§ Liber nomine, d. Dialectica, de Hæresibus,  
& de fide Orthodoxa.





SANCTI JOANNIS DAMASCENI  
O P E R A  
*Philosophica, & Theologica.*  
F O N S S C I E N T I A E .

---

*Religiosissimo & venerabili in Deo Patri Co-  
mæ, Sanctissimo Episcopo Majumæ, Joannes mi-  
nimus Monach⁹, & Presbyter, in Dño Salutem.*

**C**UNCTABAR quidem, o Beate,  
exilitatis ingenii mei & linguæ dif-  
ficultatis conscius, iis quæ vires meas ex-  
cederent manum admoveare, &, confidentio-  
ris cuiusdam instar ac temerarii, adytorum  
recessus penetrare; periculum videlicet ex-  
timescens, quod illis qui ejusmodi r̄s aude-  
rent; impender. Nam si divinus ille Le-  
gislator Moyses, qui ab omni rerum hu-  
manarum aspectu secedens, crebrescentibus  
seculi fluctibus relictis, & ab omni specie cor-

A

poralī

porali mentis oculum expurgaverat, & idoneus inde ad Dei ipsius intuitum evaserat; Si ille, inquam, qui hoc consequutus erat, ut benignissimam ad nos usque Dei Verbi demissionem, incarnationemque naturæ vires superantem conspiceret in rubo, & in igne pabuli corporalis experte, a quo incensus rubus, sic in ejus splendorem immutaretur, ut tamen combustione nulla consumeretur, nec a propria natura desiceret; si ille demum qui omnium primus, ejus qui est, ipsaque essentia vere sublimior est, edoctus nomine fuerat, quique contribulum suorum principatum a Deo acceperat, impeditionem nihilominus loquela, & tardioram linguam causabatur, quam ut, consilii divini minister factus, ipsum palam efferret, & Dei hominumque sequester fieret quinam contaminatus ego, nullisque non peccati maculis aspersus, qui perturbatisimos in meipso conscientiae fluctus gerio; qui nec mentis, nec cogitationis labes elui, quo Dei divinarumque formarum speculum esse valeam; cui tandem deest oratio, quæ ad res animo comprehensas sufficiat.

ciat, quanam ratione divinas abstrusasque res: & quæ rationalis omnis creaturæ cap-  
tum excedunt, edifferent? Hæc itaque cum  
ipse mecum considerarem, tentare sermo-  
nem pigebat: tum vero etiam obsequi man-  
datis verebar (dicam enim quod res est) ne  
deridendum me dupli nominis propinarem,  
ignorantiae nimirum, &, quod gravissimum  
est, temeritatis & dementiae. Nam igno-  
rantiae quidem culpa veniam meretur, quan-  
do aliunde atque ex socordia nascitur. At  
scientiae opinionem cum inscitia conjunctam  
habere, id profecto grave & vituperio po-  
tius quam venia dignum fuerit; quinimo  
ignorantiae crassioris, ne dicam extremæ,  
argumentum est. Ceterum inobedientiae fru-  
etus mors est, qui vero humilitatem & obe-  
dientiam colit, cum se se imitatorem Chri-  
sti in finem usque præbeat, is in altum subve-  
ctus, a Deo gratiam lucis administram re-  
portat, apertoque ore, impletur Spiritu, pe-  
store purgatur, illustratur animo, sermo-  
nem accipit in apertione oris, &, cum non  
cogitet quid loqui debeat, loquentis potius  
in se spiritus organum existit. Quamob-

\* *Sancti Joannis Damasceni*

rem pervos obediens Christo, qui Pontificis in vobis munus exercet, mandatis obtempero, vestrisque precibus fretus, os aperio, sperans fore, ut spiritu impleatur, tumque ea eloquia profeam, quæ non mei sensus fructus sunt, sed Spiritus, qui cœcos sagaces reddit. Ita ut, quæ datus ille est, accipiam, eademque subinde pronunciem.

Primum itaque eorum, qui apud Gentiles sapientiæ laude insignes fuerunt, optima quæque edifferantur: quippe cum compertum habeam, quidquid boni fuerit, Dei beneficio mortalibus concessum esse; „ \* quoniam omne datum optimum, & „ omne donum perfectum de sursum est, „ descendens a Patre lumen: \*\* quidquid „ autem veritati adversarium est, Satani- „ ci erroris tenebrum inventum est, & „ perditæ mentis commentum; quem- „ admodum præstantissimus in Theologia „ Gregorius ajebat. Quamobrem ad instar apis ea colligam & componam, quæ affinia veritatis sunt, atque ab ipsim h- stibus

\* *Jac. i. 17.*    \*\* *Greg. Naz. orat.*  
in *SS. Lym. init.*

stibus salutem accipiam. Quidquid vero pravum, falsique nominis scientiae conjunctum erit, rejiciam. Mox infensarum Deo haeresum nærias altero pariter volume contexam, quo falsitate cognita veritati magis magisque adhæreamus. Atque ita demum veritatem erroris interemtricem, eliminaticemque mendacii, afflatorum divinitus Prophetarum, nec non eruditorum a Deo pescatorum, divinorum quoque pastorum & doctorum sermonibus veluti fimbriis aureis exornatam decoratamque, Deo, ejusque gratia adspirante explicabo; ut ejus gloria ab intus emicans, eos qui purgatis, uti par est, animis, turbidisque cogitationibus abjectis, ipsum aduent, suis radiis illustret. Nihil porro, ut modo dicebam, quod meum sit afferam: sed quæ aprobatisimis quibusque magistris elaborata sunt, colecta in unum, quantum per me licuerit, brevi compendiarioque sermone exponam, vestris jussis per omnia gerens morem. Quapropter obsecro vos, venerandi in Christo Patres, ut præceptis vestris obsequuto mihi veniam concedatis,

benevolique faveatis, ac pro ea quam vobis exhibeo obedientia, vestras vicissim preces rependatis.

---

## CAPITA PHILOSOPHICA.

*Index accuratus Capitum hujusc voluminis.*

<b>D</b> E Cognitione ,	Cap. 1.
Quis hujus operis finis ,	2.
De Philosophia ,	3.
De Ente , substantia & accidente .	4.
De Voce ,	5.
De Divisione ,	6.
De eo quod prius est natura ,	7.
De Definitione ,	8.
De Genere ,	9.
De Specie ,	10.
De Individuo ,	11.
De Differentia ,	12.
De Accidente ,	13.
De Proprio ,	14.
De Prædicatis ,	15.
De univoca & æquivoca Prædicatione ,	16.
De Prædicationibus in quid est , & in quale	
quid	

- quid est, 17.  
 In quibus quinque voces convenient & dis-  
 crepent, 18.  
 In quibus genus & differentia convenient  
     inter se & differant, 19.  
 In quibus genus & species convenient in-  
     ter se & differant, 20.  
 In quibus genus & proprium inter se con-  
     veniant & differant, 21.  
 In quibus genus & accidens convenient in-  
     ter se & differant, 22.  
 In quibus differentia & species convenient  
     inter se & differant, 23.  
 In quibus differentia & proprium conve-  
     niant inter se & differant, 24.  
 In quibus differentia & accidens inter se  
     conveniant & differant, 25.  
 In quibus species & proprium inter se con-  
     veniant & differant, 26.  
 In quibus species & accidens inter se con-  
     veniant & differant, 27.  
 In quibus proprium & accidens inseparabi-  
     le tum convenient, tum differant, 28.  
 De Hypostasi & enhypostato & anhyposta-  
     to, 29.

**S**ancti Joannis Damasceni

De Substantia, & natura, & forma; nec non de individuo, & Persona, & hy- postasi ,	30.
De Aequivocis ,	31.
De Univocis ,	32.
De Polyonymis ,	33.
De Alteris & Heteronimis ,	34.
De Denominativis ,	35.
De Decem supremis generibus ,	36.
De Homogeneis, & homoideis, & hete- rogeneis, & heteroideis, ac numero differentibus ,	37.
De In quo ,	38.
De Substantia ,	39.
De Natura ,	40.
De Forma ,	41.
De Hypostasi ,	42.
De Persona ,	43.
De Enhypostato ,	44.
De Anhypostato ,	45.
Divisio entis ,	46.
Divisio substantiæ ,	47.
De Homogeneis, & homoideis, & hete- roideis, & homohypostatis, & nume- ro differentibus ,	48.
De	

*Dialectica.*

De Quanto , & quantitate ,	49.
De iis quæ ad aliquid ,	50.
De Qualitate & quali ,	51.
De Agere & pati ,	52.
De Situm esse ,	53.
De Ubi ,	54.
De Quando ,	55.
De Habere ,	56.
De Oppositis ,	57.
De Habitū & privatione .	58.
De Priori & posteriori ,	59.
De Simul ,	60.
De Motu ,	61.
De Habere ,	62.
De Enunciatione , affirmatione , & negatione ,	63.
De Termino , & propositione , & syllogismo ,	64.
De Unione ,	65.
De Hypostatica unione ,	66.
Philosophiæ definitiones sex ,	67.
De quatuor methodis dialecticis ,	68.

† † †  
A 5

*Diale-*

¶ Sancti Joannis Damasceni

Dialecticæ Damasceni capita ea modo exhibemus serie , quæ in editione Basileensi , & in quinque codicibus Regiis necensita reperiuntur , in quibus Logica fusiō continetur . Verum , ut utriusque editionis discrimina Lector percipiat , indicem alium proferre lubet ex Logicæ brevioris codicibus assumtum .

- I. De Ente , substantia ; & accidente .
- II. De Genere & specie , illoque generalissimo , & ea specialissima , & subalternis .
- III. De individuo .
- IV. De Differentia .
- V. De Accidente .
- VI. De Proprio .
- VII. De Prædicatis .
- VIII. De Prædicatione synonyma , & æquivoca .
- IX. De Prædicatione in quo quid est , & in quale quid est .
- X. De Hypostasi , enhypostato , & anhypostato .
- XI. De Substantia , & natura , & forma , deque individuo , Persona , & hypostasi .
- XII. De Divisione .

- XIII. De Priori secundum naturam.  
XIV. De Definitione.  
XV. De Aequivēcīs.

*Reliqua Capita eo sequuntur ordine, quo in  
Priori indice.*



*De Cognitione. CAP. I.*

**C**ognitione nihil excellentius est. Fa-  
quippe rationalis animæ lumen est,  
quemadmodum & contra inscitia est caligo.  
Nam sicut privatio lucis tenebræ sunt, ita  
& cognitionis privatio rationis obscuritas  
est. Enimvero brutorum animantium pro-  
prium quoddam est ignoratio: cognitio au-  
tem rebus quæ ratione præditæ sunt, con-  
venit. Ille igitur qui, cum natura sua  
cognitionis & scientiæ capax sit, ea tamen  
caret, idem, quamlibet alioqui sit naturæ  
rationalis, propter animi desidiam socor-  
ciamque belluis deterior efficitur. Atqui  
cognitionem dico, veram illam eorum quæ  
sunt notitiam. Scientiæ siquidem versan-  
tur

tur circa ea quæ sunt: unde falsa cognitio, utpote notitia illius quod non est, ignoratio potius quam cognitio fuerit. Falsum enim nihil est aliud, nisi id quod non est. Quoniam ergo non solo animo vivimus, sed animus noster, carne ceu tegumento quodam coopertus, mentem velut oculum quendam natus est, qui, cernendo cognoscendoque, rerum notitiam ac scientiam possit percipere, nec tamen a se, vel ex propriis, cognitionem & scientiam obtinet, sed opem magistri desiderat. Proinde magistrum illum adire nos oportet,  
\* qui ab omni mendacio alienus est; *ipsum*, inquam, *veritatem*, Christum, qui est ipsum et sapientia veritasque subsistens, in quo sunt omnes thesauri scientiae absconditi; quique Dei & Patris sapientia & virtus existit, ut vocem ejus divinarum scripturarum ope audiendo, veram rerum omnium scientiam addiscamus. Ceterum are nostra est ut diligenter sinceroque animo accedamus, nec committamus, ut animæ nostræ acies intelligendi per vitiosos

affe-

\* *1. Cor. 1. 24. Col. 2. 3.*

affectus obtundatur. Vix enim fieri possit, ut quisquam vel purissimo, vel limpidissimo prorsus oculo veritatem clare conspiciat. \* *Quod si lumen quod in te est, hoc est mens nostra, tenebrae sint, ipsae tenebrae quante crunt?* \*\* Properemus itaque toto animo totaque mente. Quemadmodum enim fieri nequit, ut oculus crebro circumactus, & hinc inde circumversatus, rem quæ sub aspectum cadit, perspicue contueatur; sed in illud quod cernitur, intentum esse obtutum oportet; sic etiam omni cogitationum tempestate depulsa, veritatem, relictis materiae foecibus, nos adire convenit: ita tamen ut non ad fores usque perrexisse satis sit nobis; sed fortiter pulsemus, quo thalami patefacta janua, internam ejus elegantiam inspiciamus. Janua porro litera est: thalamus vero intra januam positus, pulchritudo sensuum sub illa delitescens, hoc est Spiritus veritatis. \*\*\* Strenue pulsemus,

in quam

\* *Matth. 6. 28.* \*\* *Basil. orat. i: illud: Attende tibiipsi.* \*\*\* *Lib. 8. Strom. apud Clem. Alex.*

inquam , semel , iterumque , ac s̄epius legamus , atque hoc modo fodientes , thesaurum scientiæ inveniemus , & divitiis affluemus . Quæramus , investigemus , exploremus , scilicetemur . † *Omnis enim qui petit , accipit , et qui querit invenit : & pulsanti aperietur . Itemque . Interrogat patrem tuum , & annunciat tibi ; & maiores tuos scientia , & dicent tibi : + Quapropter si discendi studiosi simus , multipli- ci quoque disciplina instructi erimus . Cum- cta quippe diligenti studio & labore com- parari nata sunt , in primis vero , & post omnia , largientis Dei gratia .*

Porro , quandoquidem Apostolus monet , ¶ ut omnia probantes , quod bonum est , te- neamus , Gentilium quoque sapientum li- bros juvat consulere . Fortassis enim apud illos etiam mercium aliquid nanciscemur , & nonnihil quod animæ utile sit , ex ipsis decerpemus . Omnis siquidem artifex ali- quibus instrumentis indiget , quibus opera sua conficiat : sed & consentaneum est ,

ut

† *Matth. 7. 8. Deut. 32. 7. + Iser.*¶ *ad Daemon. 1. Thess. 5. 21.*

ut ancillæ quædam Reginæ serviant. Hanc igitur assumere doctrinam non pigeat, quæ veritati famuletur, quo pr̄ pulsemus impietatem, quæ tyrannidem olim suam in eam exercuit. Ait sit vero ut eo, quod bonum est, male utamur, ac differendi artem ad simpliciores decipiendos tractemus. Quinimo, quamvis veritas variis argumentationum captionibus non egeat, iis tamen adversus illos qui bellum improbum cident, nec non ad eversionem falsi nominis scientiæ, abutamur.

Quamobrem ab his, velut ab elementis, & quæ idonea sunt iis, qui lacte adhuc opus habent, dicendi exordium sumamus, implorata ope & auxilio Christi, qui Dei subsistens Verbum est, *a quo omne datum optimum, & omne donum perfectum conceditur*. Hunc autem finem sibi præstuant, qui hæc legerint, ut mentem suam ad beatam vitam tanquam ad portum applicent: hoc est, ut sensuum opera ad eum, qui sensu & comprehensione omni sublimior est, subvehantur; ad rerum utique omnium causam & opificem. Nam

\* ex pulchritudine creaturæ cum proportione creator perspicitur. Et, invisibilia Dei per ea quæ facta sunt intellecta conspiciuntur. Quocirca si animo ab inanis gloriæ cupiditate libero & humili scientiam appetamus, votorum plane compotes efficiemur. † Non enim, ait Christus veritas, potestis in me credere, cum gloriam ab hominibus accipiatis. Ac rursus: Omnis qui se exaltat, humiliabitur, & qui se humiliat, exaltabitur.

\* Sap. 13. 5. Rom. 1. 20. † Joan. 5. 44. Luc. 14. 11.

*Quisnam hujus operis finis.* CAP. II.

**Q**Uandoquidem quicumque nullo sibi præstituto fine rem aliquam aggreditur, is velut in tenebris graditur: quia in extrema penuria ille est, qui nullam laborum metam spectat. Age, quis harum lucubrationum finis sit, ante declaremus, quo facile percipientur, quæ subinde dicimus. Nobis itaque propositum est de Philosophia tractare, atque omnis generis scientiæ

Scientiam , quantum licebit , hoc volumine completri ; quod idcirco SCIENTIÆ FONTEM jure sit appellandum . Quocirca nihil a meipso proferam ; sed ea quæ a viris sanctis , cruditisque dicta sunt , in unum congesta exponam . Igitur ante omnia nosse convenit quid sit Philosophia .

---

*De Philosophia . CAP. III.*

**P**Hilosophia est cognitio rerum quæ sunt , prout sunt ; hoc est cognitio naturæ illarum . Item Philosophia est divinarum humanarumque rerum scientia ; id est earum quæ tum sub aspectum cadunt , tum aciem oculi fugiunt . † Rursum Philosophia est meditatio mortis , sive naturalis , sive liberæ voluntatis sit . Duplex quippe est vita , naturalis nimirum qua vivimus , & altera quam libere eligimus , per quam huic præsenti vitæ propensiore affectu adhærescimus . Duplex itē mors , naturalis , quæ animam disjungit a corpore , & alia , quam animi inductione

B eligi-

† Ammon. *Proleg. in Isag. Porph.*

eligimus, qua pro nihil vitam præsentem  
ducentes, ad futuram properamus. Ad  
hac Philosophia est imitatio Dei. Porro  
Deum per sapientiam imitamur, hoc est  
per veram boni cognitionem, nec non per  
justitiam, qua suum unicuique tribuitur, nul-  
la personarum habita in judicando ratione,  
ac demum per sanctitatem, sive bonitatem,  
quæ justitia potior est, quaque beneficiis de-  
vincimus eos, a quibus injuriam perpepsi-  
sumus. Philosophia est ars artium, & scien-  
tia scientiarum. Nam philosophia primas  
in artibus tenet, per quam ars omnis scien-  
tiaque reperta sit. Atqui ars, juxta quos-  
dam, ejusmodi est ut in aliquibus fallatur,  
scientia vero in nullis: Philosophia autem so-  
la nunquam fallitur. Vel etiam, ut aliis  
magis arridet. Ars est quæ manuum opera  
aliquid facit: at scientia est ars omnis quæ  
per rationem exercetur, ut sunt Gramma-  
tica, Rhetorica, & aliæ id genus. Denique  
Philosophia est amor sapientiæ. Porro vera  
sapientia Deus est, atque adeo dilectio erga  
Deum, ipsa est vera philosophia.

Philosophia dividitur in speculativam &  
pra-

Præticam seu activam. Speculatrix subinde in Theologiam, Physiologiam & Mathematicam. † Prætica itidem in Ethicam, Oeconomicam & Politicam. Speculatrix itaque cognitionem exornat. Quocumque Theologiae proprium est ea considerare, quæ corpore & materia vacant; ac primum quidem Deum a materia alienissimum, tum deinde Angelos & animas. Physiologia autem est cognitio rerum materia constantium, quæque in promptu nobis sunt; puta animantium, stirpium, lapidum, aliorumque ejusmodi. Mathematica tandem est scientia rerum, quæ quamvis ex se corpore careant, in corpore nihilominus considerantur, hoc est numerorum, concentuum, præterea figuratum, & motus astrorum. Atque illa speculatio quæ circa numeros occupatur, Arithmeticen scientiam constituit; quæ circa sonos, Musicam; quæ circa figuram, Geometriam; quæ demum circa sydera, Astronomiam. Istæc omnia locum medium tenent inter corpora & res incorporeas. Numerus enim per se quidem corporeus non

B 2

est

† Ammon. ibid.

est, ceterum in materia consideratur, puta  
in tritico, aut vino, aut in re aliqua simili. At vero Philosophiae pars activa circa  
virtutes versatur. Mores enim expositi  
docetque quemadmodum vita instituenda sit:  
ac si quidem uni duntaxat homini leges praescribit, Ethica nuncupatur; sin vero toti  
familiæ, Oeconomica: Politica denique, si  
urbibus ipsis ac regionibus.

Philosophiam autem e medio tollere nonnulli conati sunt, illam ipsam, ullamve  
scientiam aut perceptionem negantes existe-re. Quos quidem ad hunc modum refelle-  
mus. Quonam pæsto Philosophiam, o-  
ninemque scientiam, & comprehensionem ex-  
stare inficiamini? an quod hoc vobis no-  
tum compertumque est? Ac si quidem id  
vobis certo compertum est, ex hoc ipso  
sequitur cognitionem esse, & comprehen-  
sionem. Sin autem hoc minime asséquuti  
estis, equis tandem erit, qui fidem vobis ad-  
hibeat, quando ea de re disputatis, cuius  
cognitionem neutquam percepistis?

Quia igitur Philosophia est cognitio eo-  
rum quæ sunt, agendum de enī verba fa-  
ciamus

ciamus. Verum nosse attinet, ordiri nos ab ea Philosophiæ parte, quæ circa ratiocinationem occupatur, quæque Philosophiæ instrumentum potius est, quam pars; quippe cujus opera ad omnem demonstrationem utatur. Primum itaque de simplicibus nudisque vocibus differemus, quarum simplici notione res simplices declarantur, atque ita demum de ratiocinatione tractabimus.

*De ente, substantia, & accidente.* CAP. IV.

**E**Ns rerum omnium quæ sunt, commune nomen est: dividiturque in substantiam & accidens. Ac substantia quidem potius est, ut quæ in seipsa, & non in altero existat: Accidens vero est, quod in seipso esse nequit, sed in alio consideratur. Substantia enim, tamquam rerum materies, subjecti rationem habet: accidens autem illud est, quod in substantia velut in subiecto consideratur: v. g. æs & cera substantiæ sunt; figura autem, & forma, & color, accidentia. Itaque corpus quidem substantia est; color vero, accidens. Ani-

mus item substantia est; scientia autem accidens. Nec vero corpus est in colore, sed color in corpore; neque animus in scientia, sed scientia in animo: nec denique æs, aut cera in figura est, sed figura in cera, aut ære. Quamobrem non dicitur coloris corpus, sed color corporis neque animus scientiæ, sed scientia animi: neque rursus cera figuræ, sed figura ceræ. Ac color quidem, scientia, & figura mutationi obnoxia sunt, corpus autem, animus, & cera eadem manent, quippe cum substantia mutationi nequaquam obnoxia sit. Itemque substantia quidem, & materia corporis una est: multi vero colores sunt. Pari modo in reliquis omnibus. subiectum quidem est substantia, quod autem in subiecto, substantia nempe, spectatur, accidens.

Ad hunc porro modum substantiam definiunt: substantia est res per se existens, n*c* indigens altero ad existendum. Accidens vero est, quod in seipso esse nequit, sed est in alio. Quapropter Deus, & omnis res creata, substantiæ sunt: quamquam Deus

Deus ejusmodi substantia est, quæ substantiam omnem excedat. Sunt autem insuper qualitates substantiales, de quibus dicemus :

*Idem caput ex breviori Logico.*

*De ente, substantia, & accidente.*

**E**Ns rerum omnium commune est nomen. Quocirca dividitur in substantiam & accidens. Substantia est res per se existens, nec alio indigens ad subsistendum; sive id quod ita in se est, ut non existat in altero. Accidens vero illud est, quod esse in seipso non potest, sed in alio habet ut existat. Substantia tanquam rerum materia, subjecti rationem habet: at accidens in subjecto consideratur; ut puta corpus & color. Non enim corpus est in colore, sed color in corpore. Unde corpus est substantia, & color, accidens. Consimiliter animus & prudentia. Non enim animus existat in prudentia: sed prudentia in animo. Quo fit, ut non dicatur corpus coloris, sed color corporis; ne-

que animus prudentiæ, sed prudentia ani-  
mi. Animus ergo substantia est, pruden-  
tia vero accidens. Denito siquidem ani-  
mo, prudentiam quoque tolli necessum est.  
Si enim desierit animus, in quonam pru-  
dentia reperietur? Verum sublata pruden-  
tia, non statim animus afferetur: quoniam  
absque prudentia permanere animus potest.  
Pari modo omnium entium illud substantia  
est, quod in seipso, & non in alio, habet  
existentiam: quod autem per se esse nequit,  
sed in alio extat, hoc plane est accidens.

*De voce. CAP. V.*

**Q**uandoquidem de omni prorsus Philo-  
sophica voce dicere instituimus, o-  
peræ pretium est ut prius perspectum ha-  
beamus, circa qualiam voces Philosophia  
verisetur. Ab ipsa voce igitur sumto ser-  
monis exordio, hoc dicimus: vox aut si-  
gnificatione caret, aut significandi vim habet.  
Quæ significatione caret, ea est qua nihil  
significatur: quæ vero vim habet significandi,  
ea significatur aliquid. Rursum vox illa,  
quæ

quæ nihil significat, aut articulata est, aut non articulata. Non articulata est, quæ scribi nullatenus potest. Articulata autem, quæ potest scribi. Itaque non articulata, quæ expers est significationis, vox illa est, quæ a falso v. g. vel a ligno editur. Nec enim literis exaratur, nec quidquam significat. Significationis expers, & articulata, velut scindapsus. Hoc enim scribitur, sed nihil significat. Non enim fuit, aut erit aliquando scindapsus. De voce igitur quæ significatione careat, sive articulata sit, sive non articulata, nulla Philosophia cura est. Rursum autem vox significans, aut articulata est, aut non articulata. Vox non articulata, significandi vim habens, est, ut canum latratus. Ea quippe canis designatur, quia vox est canis. Insuper designat adesse aliquem. Ceterum non est articulata. Non enim scribi potest. Quocirca neque hanc curat Philosophia. At vero quæ significans, & articulata est, vel est universalis, vel particularis. Universalis, ut homo; particularis, ut Petrus, Paulus. Sed ne parti-

cularis quidem vocis rationem habet Philosophia, sed significantis, & articulatae, & universalis.

Hæc vero rursum, vel substantialis est, vel substantiæ adjectitia. Substantialis seu essentialis est, quæ essentiam, h. c. naturam rerum declarat: adjectitia, quæ accidentia indicat. v. g. homo est animal rationale mortale. Omnia hæc essentialia. Nam si quidpiam horum ex homine subtraxeris, homo esse desinet. Etenim si dixeris, non esse animal, non est amplius homo. Si item, non esse ratione præditum, non est homo. Simili modo si mortale negaveris, jam neque homo erit. Quivis enim homo, & animal, & ratione præditum & mortale est. Ob eam igitur causam voces dicuntur substantiales, quia naturam compleant, neque fieri potest, ut, his sublati, persistat homo. Eodem modo in unaquaque re, substantialia dicuntur, quæ naturam constituunt. Quæ autem adventitia accidentia sunt, utquæ in subiecto, puta in homine, vel equo, aut re altera ejusmodi esse, vel non esse possint, velut candor.

Quam-

Quamlibet enim quisquam candidus, aut ater sit, nihilominus homo est. Hæc itaque & similia horum, adjectitia sunt, sive accidentia; quæ quidem, tum ipsa, tum ipiorum contraria, nobis possunt incesse.

Jam vero vox substantialis, aut quid res sit significat, aut quale quid sit. Ut si quis ex vobis scisciretur, quidnam homo sit; respondemus, animal. Deinde si querat, quale animal sit, dicimus, rationale mortale. Quapropter substantialis vox, quæ quale quid res sit indicat, differentia nuncupatur. Quæ vero quid sit declarat, vel illud multas species exprimit, ac tum genus efficit; vel multos qui numero, & non specie, differunt, ac tum speciem facit. Primum quidem genus est, ut substantia. Substantia enim significat, & hominem, & equum, & bovem, quorum quodlibet substantia dicatur & sit, unumquodque vero, species. Aliud autem, & aliud, unaquæque species est. Secundum autem est species, ut homo. Multos siquidem significat, id est

est omnes & singulos homines , qui quidem numero inter se differunt : alius enim Petrus , & alius Paulus , nec unus sunt , sed duo : specie autem , id est natura non differunt . Omnes enim homines dicuntur , & revera sunt .

Igitur id quod specialius quidem & particolare est , numerus differt , ut Petrus , individuum , & persona & hypostasis ; quod quidem unum aliquem significat . Nam cum quis ex nobis percontatur , quisnam hic sit , respondemus , Petrus . Idem autem & vox , alius , significat . Alius enim est Petrus , & alius Paulus ; item , ipse , & hic , & ille . Hæc & alia ejusmodi , quæ per se subsistunt , de individuo dicuntur . Porro quod completitur individua , species appellatur , latiusque quam individuum patet ; utpote quæ multa individua comprehendat , puta homo (quippe comprehendit Petrum , & Paulum , & omnes ac singulos homines) atque , ut sancti Patres sanxerunt , natura & substantia , & forma nuncupatur , velut animal : continet enim hominem , bovem , equum .

equum, latiusque patet, quam species. † Porro sancti Patres speciem, ac genus, naturam, & formam, & substantiam appellant. Ceterum species, hoc est natura; & substantia, & forma, non aliud, aut diversum efficit, sed aliud. Aliud enim quantum ad naturam hominem esse dicimus, & aliud equum. Non autem aliud & aliud. Porro in specie dicitur, hoc, & ipsum, & illud, & alia id genus. Quæ quidem in quid est prædicantur. At vera differentia diversum facit (nam diversum est animal rationale, ab eo quod rationis expers est) & tale, & quale. Adventitia substantiæ autem vox, aut unius tantum speciei inest, aut multis. Si unduntaxat, proprium dicitur; ut facultas ridendi, quæ inest soli homini; ac hindendi, quæ soli equo. Quod si multis speciebus insit, efficit accidens, ut candor. Hic enim & homini, & equo, & cani, & plerisque aliis speciebus inest. Atque haec quinque voces sunt, ad quas omnis vox Philosophica redigitur. Quamobrem scendum

† Greg. Naz. epist. i. ad Cledos.

dum nobis est, quid quæque significet, & in quibus inter se convenient, aut discrepent: sunt autem hæc genus, species, differentia, proprium, & accidens.

Genus est, quod de pluribus specie differentiis, in quid est prædicatur; id est dicitur, & nominatur. Predicare enim idem est, ac de aliquo dici. Species est, quæ de pluribus numero differentiis, in quid est prædicatur. Differentia est, quæ de pluribus specie differentiis, in quale quid est prædicatur, atque in definitione ut substantialis assumitur. Hæc autem est, id quod non potest in eadem specie peræque, vel non esse; verum prorsus necesse est ut in ea specie sit, cuius est differentia; quam etiam, cum adest, conservat, & cum abest, destruit. Neque fieri potest, ut & ipsa, & ipsius contrarium in eadem specie sit: v. g. fieri nequit, ut ratio homini non insit. Nam quod ratione caret, nusquam homo est. Hæc, cum adest, hominis naturam constituit, & cum abest, interimit. Neque enim quod rationis expers est, hominis

nis rationem habet. Sciendum igitur, eam substantialem, & naturalem, & constituentem, & dividentem, & specificam differentiam, & substantialem qualitatem & naturalem proprietatem appellari: quæ apud Philosophos propriissime differentia dicitur, ut quæ maxime specialis sit, ac naturam cui inest, manifestam faciat. Proprium autem est quod uni, & omni speciei, semperque, inest, ac cum ea convertitur, (puta esse risibile): Omnis enim homo risibilis est, ac omne risibile est homo. Accidens vero est, quod de pluribus specie differentibus, in quale quid est praedicatur, nec assumitur in definitione, sed vel adesse vel abesse potest: quod nec cum adest, subiectum conservat, nec cum abest, interimit. Atque istud adventitia differentia & qualitas dicitur. Hoc porro, vel separabile est, vel inseparabile. Separabile est, quod in eadem persona nunc accedit, nunc recedit, ut sedere, recumbere, stare, ægrotare, valere. Inseparabile, quod licet substantiam minime constituat, utpote quod in universa specie non consit.

consideretur, tamen cum in aliqua persona existit, ab ea sejungi non potest, ut presso vel adunco naso, vel cæsiis oculis esse, & similia. Hoc autem inseparabile accidens characteristicæ proprietas dicitur. Illud namque discrimen hypostasim, ac subsistens singulare, id est individuum, constituit. Individuum denique est, quod ex substantia & accidentibus per se subsistit, solaque numeri ratione ab iis, quæ ejusdem sunt speciei, secernitur; nec quid, sed quendam significat. De quibus accusatius deinceps, Deo dante, astuti sumus.

*De Divisione.* CAP. VI.

**D**ivisio est prima rei sectio; velut, animal dividitur in rationale & irrationale. Superdivisio autem est secunda ejusdem rei sectio, ut animal superdividitur in pedibus cærens, bipes, & quadrupes: pedum expers, ut pisces; bipes, ut hominem, & avem; quadrupes, ut bovem, equum & similia. Subdivisio autem est partis sectæ sectio, velut, animali divisio

diviso in ratione præditum & rationis expers ; ratione præditum in mortale & immortale secatur . En primum dividitur in duas partes , nempe in rationale & irrationale . Unius partis divisio , hoc est quæ rationale in mortale & immortale dividit , subdivisio est . Cæterum divisio & superdivisio non in omnibus rebus locum habent , sed cum omnia sub prima divisione , non comprehenduntur : velut , cum animal dividitur in rationale & irrationale ; atque in iis quæ ratione utuntur , & iis quæ ratione carent , bipes consideratur . Tunc igitur superdivisione necessario utimur , hoc est secundam ejusdem rei divisionem facimus : ac dicimus , Animal in pedum expers , bipes , & quadrupes dividitur .

Sunt autem octo dividendi modi , ejusmodi de causa . Quidquid enim dividitur , aut secundum se dividitur , aut per accidens . Si in se ; vel ut res , vel ut vox . Si ut res , vel ut genus in suas species , ut cum animal in rationale & irrationale divisoris . Vel , ut species in in-

dividua, ut cum dividitur homo in Petrum & Paulum, ac reliquos singulos homines. Vel ut totum in partes. Idque bifariam, nempe vel in ea quae sunt similiūm partium, vel in ea quae dissimilibus partibus constant. Illud autem est similiūm partium, cuius segmenta, & nomen, & definitionem totius, ac partium suscipiunt: velut caro in multas carnes dividitur, & quævis carnis pars, caro dicitur, ac carnis recipit definitionem. Contra vero dissimiliūm partium est, cum id quod sectum est, nec nomen, nec definitionem totius, aut etiam partium, mutuo recipit: ut si Socratem dividas in manus, pedes, & caput. Neque enim pes a Socrate abscissus Socrates dicitur, aut caput: neque Socratis, aut capitis definitionem recipit. Vel ut vox æquivoca in diversa significat<sup>z</sup>; idque rursus bifariam. Aut enim totum quid per vocem significatur, aut pars. Totum nempe, ut canis vocabulum. Nam & de terrestri, & de sydereo, deque marino cane dicitur, quæ quidem totum aliquid sunt, ac non pars dum-

duntaxat animalis. Pars autem, est cum linguae nomen de extremo calceamenti & tibiæ parte dicitur, nec non de ea animalium parte, in qua gustandi facultas sita est: quæ quidem partes tantummodo sunt, ac non tota quædam. Atque in hunc modum, quod est divisionis subiectum, per se dividitur. Per accidens autem, aut veluti substantia in accidentia; ut cùm dico, hominum alii candidi sunt, alii nigri. Homines enim substantia sunt; candor autem & nigredo, accidentia. Aut sicut accidens in substantias; ut cùm dico: candidorum, alia sunt animata, alia inanima. Candor enim accidens est; animatum autem & inanimatum, substantiae. Aut sicut accidens in accidentia; ut cùm dico: frigidorum alia candida sunt & siccæ; alia nigra & humida. Nam & frigidum, & cardidum, & siccum, & nigrum, & humidum, universa hæc accidentia sunt.

Fst præterea alijs dividendi modus; nempe ab uno & ad unum. Ab uno nimirum, ut a medicina, liber medicus,

distribuatur: infinitam enim particularium hominum esse multitudinem.

Scire autem operæ pretium est, nullo omnino divisionis modo considerari in segmentis id, quod natura prius ac posterius est, nec item quod magis & minus: in illis tamen quæ ab uno, vel propter ordinem ad unum dividuntur, tum id quod natura prius ac posterius est considerari, tum quod magis & minus; unde etiam denominatio oritur.

*Idem caput ex breviori Dialectica.*

*De Divisione.*

**D**ivisio est prior rei sectio: exempli gratia animal dividitur in rationale, & irrationale. Subdivisio autem est unius partis in duas alias partes sectio, uti diviso animali in rationale & irrationale, partem unam, rationale nimirum, dividimus in mortale, & immortale. Superdivisio autem est, quando, facta rei sectione, eandem rem iterum dividimus. Sic homo dividitur in marem & feminam.

& instrumentum medicum. Ab uno enim, hoc est a medicina, medica nuncupata sunt. Ad unum autem, ut salubre medicamentum, & salubris cibus. Unam enim ac eandem rem, sanitatem scilicet, propositam habent. Eorum porro quæ ab uno sunt, quædam a causa aliqua dicuntur, ut imago hominis a vera causa, homine videlicet, dicitur: aliqua vero, ut ab aliquo inventa, ut medicum scalpelum, & alia ejusmodi.

Atque hæc generalis divisio est, perquam dividitur quidquid cadit in divisionem; vel ut genus in species; vel ut species in individua; vel ut totum in partes; vel ut vox æquivoca in diversa significata; vel ut substantia in accidentia; vel ut accidens in substantias; vel ut accidens in accidentia; vel ut ea quæ ab uno, & quæ ad unum. Quanquam nonnulli sunt, qui speciei in individua divisionem dicendam negent, enumerationemque id potius esse afferant: quod scilicet omnis res in duo, aut tria, aut raro almodum in quatuor dividatur: species autem in infinitam multitudinem distri-

En divisionem. Rursum quoque dividitur homo in animam & corpus. En superdivisionem. At vero non in omnibus locum habent divisio & superdivisio, sed quando omnia sub prima divisione non continentur. Ecce enim in masculo & in fœmina considerantur anima & corpus.

Sciendum est autem contradividentia dici duas species ex uno eodemque genere factas, v. g. Animal in rationale & irrationale dividitur. Rationale & irrationale contradividentia appellantur.

Sunt autem octo divisionis modi. Dividitur enim aliquid, vel ut genus in suas species; sic animal dividitur in rationale & irrationale: vel ut species in individua, ut homo in Petrum, & Paulum, & reliquos singulos homines: vel ut totum in partes; & hoc dupliciter: vel similes sunt, vel dissimiles. Partes similes esse sunt quæ nomen & definitionem totius & sui invicem suscipiunt, ut cum carnem in plures carnes secamus, quælibet pars carnis caro dicitur, nomenque ac definitionem carnis suscipit. Dissimiles vero partes sunt

sunt, quæ neque nomen, neque definitio-  
nem totius, nec compartium admittunt ;  
ut dum Socratem dividimus in caput, ma-  
nus, & pedes. Neque enim caput, neque  
manus, neque pedes, Socratis, ac sui invicem  
nomen & definitionem recipiunt. Vel ut  
vox æquivoca in diversa significata, hocque  
dupliciter ; nimirum vel ut totum, vel ut  
pars. Ut totum quidem, ut vel hæc vox  
canis. Dicitur enim de cane terrestri,  
cælesti, & marino, quæ totum quiddam  
sunt, non pars animalis. Ut pars vero,  
dum linguæ nomen dicitur de extremitate  
calceamenti, de extremitate fistulæ, ac de  
membro quo animalia gustandi facultatem  
habent ; quæ quidem partes sunt & non  
totæ. Vel ut substantia in accidentia, ut  
dum dico : hominum alii quidem albi,  
alii vero nigri. Vel ut accidentia in sub-  
stantias, ut dum ajo : alborum, alia ani-  
mata, alia inanimata. Vel ut accidens in  
accidentia : ut si dicam, frigidorum hæc qui-  
dem sicca sunt, illa vero humida. Vel  
ut ea quæ ab uno sunt, & quæ ad unum.  
Ab uno quidem, ut a Medicina, liber

medicus; instrumentum medicum, nomen  
habent. Ad unum autem, ut salubre re-  
medium, salubris cibus. Ad unum enim,  
sanitatem nimis, respiciunt. Porro jux-  
ta hunc modum ens in substantiam & ac-  
cidens dividitur.

Nosse autem oportet in nullo quidem di-  
visionis modo considerari in divisis parti-  
bus quod natura prius est & posterius, nec  
magis & minus, nisi in iis quae sunt ab  
uno, & ad unum.

*De eo quod natura prius est.* CAP. VII.

**N**atura itaque prius illud est, quod in-  
fertur quidem simul, non tamen una  
secum infert: quodque una secum tollit,  
sed non simul tollitur. v. g. animal na-  
tura prius est homine, Sublato enim ac  
non existente animali, hominem quoque  
non esse necessum est. Homo quippe ani-  
mal est. Et non exstante animali, neces-  
sario neque homo animal erit. Homo  
siquidem est animal. Contra sublato ho-  
mine, fieri potest ut animal sit. Erit e-  
nīm

nim equus, canis & similia; quæ quidem animalia sunt. Rursus posito homine, etiam animal infertur: homo enim animal est. Ex illatione autem animalis, non propterea inferri hominem necesse est; sed equum fortasse, aut canem, aut quidpiam simile. Nam & ipsa animalia sunt. Quapropter nec Petrus natura prior est Paulus, neque animal rationale, irrationali. Sublato enim & non existente Petro, erit Paulus; & Paulo posito non simul infertur Petrus: ac neque illato Petro simul sequitur Paulus. Sed neque Petrus magis est, hoc est amplius homo vel animal, quam Paulus: neque Paulus quam Petrus. At vero medicamentum alio medicamento salubrius; & medicus liber alio libro ad sanandum aptior reperitur.

---

*De Definitione.* CAP. VIII.

**D**Efinitio est compendiosa oratio subjecti naturam declarans, seu oratio subjecti naturam paucis significans. Ut, homo est animal rationis particeps, mortale, intelligent-

gentiae & scientiae capax. Ac multi quidem longas amplaque orationes de hominis natura habuerant, sed quia minime breves & compendiosae sunt, idcirco definitiones non sunt. Sunt rursus breves quidam sermones, ut apophthegmata, sed quia rei naturam non explicant, proinde nec definitiones quidem sunt. Quin nomen quoque subjectae rei naturam saepe demonstrat; nec tamen definitio est. Nomen enim dictio una est. Definitio autem est oratio: oratio vero ex duabus ut minimum, iisque differentibus, dictionibus, constat. (Itaque terminus nomen est, explicatum; non vero terminas est in coniunctione.)

Constat autem definitio, ex genere & constituentibus, idest substantialibus, differentiis ut in definitione animalis, animal est substantia animata sensu praedita. Ecce enim substantia genus est; animatum autem, & sensu praeditum, constituentes differentiae. Sumitur autem ex materia & forma; velut, statua est, quæ sit ex aere, variæ speciem repræsentans. Aës enim, mate-

materia est: viri autem speciem repræsentans, est status forma. Porro materia generi; forma differentiæ responderet. + Ad hæc, ex subje<sup>c</sup>tione & fine sumitur; ut Medicina est ars, quæ circa humana corpora versatur, & sanitatem conciliat. Ecce Medicinæ subiecta sunt humana corpora: finis autem ipsius est sanitas.

At vero descriptio ex iis quæ adventitia sunt, hoc est ex propriis & accidentibus conflatitur; velut, Homo est, animal rationale risibile, erecto corpore incedens, habens latos ungues. Nam hæc omnia essentiæ adventitia sunt. Unde etiam ὑπογραφὴ dicitur, quasi adumbrans, non essentiale rei statum declarans; sed illatenum quæ eam affectantur. Porro definitio describens & substantialibus & accidentalibus mixta est; exempli gratia, homo est animal rationale, recto capite incedens, habens latos ungues.

¶ Οὐρανὸς autem, id est definitio, dicitur per metaphoram duclam a terræ terminis.

+ Ammon. Præleg. in Isag. Porph.

¶ Ammon. lib. cit.

terminis. Ut enim terminus, id quod unicuique proprium est, ab alio dirimit: sic etiam definitio cuiusvis rei naturam ab alterius rei natura distinguit.

Definitionis sanitas, seu bonitas, in eo sita est, ut nec deficiatur dictionibus, nec redundet. Vitium autem, ut in ea dictiones, vel desiderentur, vel redundant. Perfecta autem ea definitio est, quae convertitur cum re definita: imperfecta vero, quae non convertitur. Quocirca nec quae dictionibus deficitur, nec quae redundat, cum re definita convertitur. Nam cum dictionibus abundat, rebus deficitur; cum autem dictionibus deficitur, rebus redundant. (Itaque dictu mirum artificium natura excogitavit; nimirum opulentam egestatem, & opes egestatem mentientes.) v. g. perfecta hominis definitio, est animal rationale, mortale. Ecce convertitur. Nam omne animal rationale, mortale, homo est: omnisque homo, animal est rationale, mortale. Si igitur una aliqua dictio in ea desideretur, rebus redundant: velut, animal rationale. Vides e-

nim

primam eam una dictione defici (non enim dixi mortale) ac rebus abundare: non enim solus homo animal est ratione praeditum, sed etiam Angelus: nec convertitur cum re definita. Rursum si dixerim, animal rationale, mortale, grammaticum; ne sic quidem convertitur. Una siquidem dictione redundat, eo quod dixerim, grammaticum: rebus autem deficitur. Non enim omnem hominem definivit, sed grammaticos duntaxat. Etenim, animal quidem omne ratione utens, mortale, grammaticum, homo est; at non item omnis homo animal est ratione utens, mortale, grammaticum. Non enim omnis homo grammaticus est.

Perfectæ igitur definitiones eæ sunt, quæ cum re definita convertuntur. Sed quoniam proprium quoque, cum eo, cuius est proprium, convertitur (Quidquid enim homo est, illud quoque risibile est, & quidquid est risibile, idem etiam homo est) distinctionis causa insuper adjiciendum, dicendumque est; ministrum perfectas definitiones eas de-

mum

mum esse, quæ ex genere & consti-  
tuetibus differentiis sumuntur; quæque nec  
ditionibus deficiuntur; nec redundant,  
ac denique cum re definita convertun-  
tur. Eodem quoque modo, eas quæ  
ex utroque, hoc est ex subjecto & fine  
accipiuntur, perfectas item esse. At-  
que interdum etiam eas, quæ ex solo  
subjecto; cum scilicet subiectum illud al-  
teri arti non subjicitur, ut vitrum arti  
vitrariæ. Interdum rursus ex solo fine;  
cum finis ille alterius artis esse finis non  
potest, ut in exstruendarum navium arte.  
Quocirca ex his omnibus intelligendum  
est, definitionis perfectionem in hoc si-  
tam esse, ut cum re definita converta-  
tur.

Dissent autem vox ὄπισθὸς, avoce ὄπος,  
quod alterum latius sit, alterum angu-  
stius. Vox enim ὄπος latius patet;  
quam ὄπισθὸς, seu definitio. Nam &  
terræ limitem significat; decretumque ac  
fententiam, ut cum dicimus ὅπισθεν βασιλεὺς,  
i. Rex id decrevit. Indicat etiam illud  
in quod propositio resolvitur, ut, Deo

favente, infra cognoscemus. Denique definitiorem etiam dicitat. At vox *διπλος* solummodo significat compendiosam orationem, quæ subiectæ rei naturam declarat.

Porro sciendum est, definitionem in sola substantia accipi ac speciebus ejus; nec individua, nec accidentia definiri posse, sed tantum describi: quia nimis definitio conflatur ex genere & differentiis constituentibus: descriptio autem ex accidentibus.

*De genere.* CAP. IX.

**I**N æquivocis tria querenda sunt: nimis: an vox æquivoca sit; quantum significations habeat; ac de quantum earum sermo sit. Prius itaque exponendum est, quid sit Æquivocum. Aequivoca sunt, cum duo vel plura idem nomen habent; quodvis autem eorum aliud quidpiam significat, atque diversæ substancialiæ est; hoc est aliam definitionem recipit: quemadmodum etiam nunc in genere

genere res se haber. Genus enim in  
æquivocorum numero est. Dicitur enim  
genus primum a patria, & parentibus;  
atque utrumque horum duplii modo,  
nempe propinque vel remote. A propin-  
qua nimis patria, ut ab Hierosolymis di-  
citur quis Hierosolymitanus: a remota, ut  
a Palæstina provincia, Palæstinus. Eo-  
dem modo a propinquo parente, ut cum  
Achilles Pelei filius, Peleides dicitur: a  
remoto, ut cum idem ab avo Æaco  
Æacides appellatur. Nam Æacus Pelei  
pater erat. Genus rursus dicitur, ha-  
bitudo unius erga multos, qui ab eo  
erunt habent, ut cum omnes, qui ab  
Israele promanarunt, Israelitæ dicuntur.  
At de his duabus generis significatio-  
nibus nulla Philosophis cura est.

Genus rursus id dicitur cui species sub-  
jicitur, v. g. sub animali sunt, homo,  
equus, & aliæ species: Itaque animal  
genus est. Ac de hoc genere tractant  
Philosophi. Quod etiam ad hunc mo-  
dum definimus: genus est quod de plu-  
ribus specie differentiis, in quid est præ-  
dicatur

dicatur, ut animal genus est quod de homine, equo, & bove, aliisque pluribus, in quid est praedicatur; que quidem inter se specie discrepant. Alia enim hominis species, & alia equi, & alia bovis. In quid est autem praedicatur. Nam cum ex nobis queritur, quid sit homo, dicimus, Animal. Similiter etiam modo cum queritur, quid est equus? Animal, dicimus. Itaque genus est id cui species subjicitur. (Est item genus, quod dividitur in species.) Nam genus in species dividitur, latiusque patet quam species, ac species complectitur, illaque superius est.

Scire enim operæ pretium est, superiorius dici, quod generalius est; inferius autem ac subjectum ad prædicationem, id quod est minus generale. Est enim subjectum ad existentiam, ut substantia; supponitur enim accidenti, ut existat, quippe cum illud in ipsa subsistat: est item subjectum ad prædicationem, quod viminum particulare est. Ut enim genus de specie, ita species praedicatur de

individuis. Iquiet autem genus quidem esse specie generalius, ac speciem individuis. De cuius es accuratius infra T co faverit differemus. Nunc vero cum de genere verba fecerimus, de specie quoque loquamur.

*De Specie. CAP. X.*

**Q**uin species quoque in æquivoco-  
rum numero est, quæ duplaci modo  
dicitur. Species enim ipsa etiam cujus-  
que rei forma (& figura dicitur, uti v. g.  
fatuæ species) velut & a quodam dictum  
est: † *prima species digna imperio*. Species  
rursus, illud substantiale est quod collo-  
catur sub genere. Ac rursus, species  
est id de quo genus in quid est prædi-  
catur. Rursus denique species est id  
quod de pluribus numero differentibus in  
quid est prædicatur. Cœterum duæ prio-  
res speciei descripti nes habitedine sola  
& ordinis ratione inter se differint, uti  
ascensus atque descensus, ac speciei omni  
accor-

† *Euripides, ex quo Porphyrius.*

accommođantur. Tertia autem ac po-  
strema descriptio, infimæ duntaxat spe-  
ciei, quæ proxime individuis superior est,  
ac singulariter existentia, seu supposita,  
complectitur; qua ratione dicimus homi-  
nis speciem.

Diximus igitur genus triplici ratione  
dici, denominatione scilicet, a parenti-  
bus & a patria; atque utroque modo li-  
fariam: denique de eo cui species subji-  
citur. Ad eundem itaque modum, spe-  
cies quoque dupli significatione accipi-  
tur. Una nimirum pro re cuiusque forma; al-  
tera, pro eo de quo genus prædicatur,  
quodque generi subjicitur, ut quod ex eo  
dividatur. Ac de hujusmodi genere &  
specie a Philosophis disputatur.

Quia vero cum de genere differeremus,  
speciei mentionem fecimus, dicentes;  
Genus id esse quod dividitur in species:  
ac rursus cum de specie sermo esset, ge-  
neris item mentionem fecimus, dicentes,  
speciem id esse quod ex genere dividitur:  
scire operæ pretium est, ut quemadme-  
dum loquentes de patre necessario que-

que de filio sermonem habemus (nam ille dicitur pater qui filium habet :) itemque de filio verba facientes , quia filius dicitur qui patrem habet , eodem modo hic quoque fieri non potest , ut quispiam de genere sine specie , aut de specie sine genere pertractet . Genus enim in species dividatur necesse est : & quod species ex se divisas non habet , genus non est . Consimili quoque ratione , species ex genere dividuntur : & quæ carent genere non sunt species .

Quemadmodum autem primus parens Adamus , cum patre caruerit , non dicitur filius ; dicitur vero pater ; ut qui habuerit filios ; Seth autem , cum parentis sui dicitur filius (quippe patrem habuit Adamum) tum pater ejus qui ab eo genitus est (siquidem genuit Enos) at Abel dicitur quidem filius , quia habuit Adamum patrem ; haud item vero appellatur pater , quia filium non habuit : eodem quoque modo quod spectat ad genus ac speciem , primum genus quod non dividitur ab alio genere , nec genus ullum ante-

anterius habet, genus tantum est, non autem etiam species, appellaturque generalissimum genus; cuius hæc definitio est: Generalissimum genus est, quod cum genus sit, haud tamen species est, quia nullum se superius genus habet. Quæ autem ex ipso dividuntur, si alias infra se species habeant, quæ ex ipsis dividuntur, tum priorum, hoc est superiorum, ex quibus secantur, species sunt; tum genera eorum quæ ex ipsis dividuntur; hoc est inferiorum; ac subalterna genera ac species vocantur. At extremæ infimæque species, quæ alias infra se species, non habent; hoc est nullas species, sed sola individua, id est hypostases seu supposita continent, non dicuntur genera, sed species duntaxat: Ea nimirum, uti dicebam, ratione, quod nullas species subjectas, quæ ex illis dividuntur, obtineant. Neque enim id genus dici possit, quod nullas species contineat; nec earum aliquas, quæ ex ipso dividuntur, habeat. Quocirca id quod nullas species, sed individua tantum complectitur, species

dicitur specialissima, quia cum species sit, non tamen genus est: quemadmodum contra genus, quod non etiam species est, generalissimum genus appellatur ac summum.

Nec vero illud ignorandum est, species sui generis, nomen ac definitionem, genusque ejus generis quod superius habet, ad ipsum usque generalissimum genus, necessario recipere: species autem ipsas alteram alterius definitionem nequam mutuo posse sumere. Ut autem dilucidius fiat quod dico, ad hunc modum agamus. Substantia primum ac generalissimum genus est. Quanquam enim cum substantia, tum accidens seindantur ab ente, haud tamen ens genus eorum est. Nam illa entis quidem nomen recipiunt; at non item definitionem. Ens quippe in hunc modum definiunt: Ens, aut est quod per se subsistit, nec re alia, ut existat, opus habet; vel est quod per se non potest esse, sed in altero suum esse habet. Substantia autem illud tantum est quod per se existit, nec alia re, ut subsistat, opus habet. En substantia totam en-

tis definitionem non accepit; nec proinde ens genus est respectu substantiae. Species enim integrum generis sui definitionem absque ulla diminutione suscipit. At nec accidentis entis species est: neque enim integrum eius definitionem recipit, sed dimidiam partem duntaxat. Accidentis quippe res est, quae per se esse non potest, sed solum in altero suum esse habet. En quo pasto nec substantia integrum entis definitionem suscipiat, nec accidentis: verum substantia dimidiam tantum partem, accidentis item dimidiam alteram partem. Quapropter licet ens in substantiam & accidentis dividatur, eorum tandem genus non est. Substantia autem dividitur & in corpus & incorporeum. Corpus vero & incorporeum substantiarum species sunt; quandoquidem utrumque horum & nomen & definitionem substantiae integrata recipit. Constat itaque substantiam non esse speciem, cum non habeat supra se genus; verum esse ipsum primum & generalissimum genus. Rursum corpus, quod substantiae species est ani-

mati & inanimati, genus est. Animatum rursus, in sensibile & in insensibile. Sensibile quidem animal est, quippe quod vitam & sensum habeat: insensibile autem est planta: nec enim ipsi sensus inest. Porro animata dicitur planta, quia vim eam habet, qua alatur crescat, & generet. Dividitur rursus animal in rationale & irrationale: rationale, in mortale & immortale: Mortale in hominem, equum, bovem, ac similia; quae quidem non jam in alias species, sed in individua, hoc est hypostases, dividuntur. Homo enim in Petrum, Paulum, Joannem, reliquosque singulos homines dividitur: qui quidem non species, sed hypostases, seu personæ & supposita sunt. Species enim, ut dictum est, aliæ aliarum definitionem non admittunt: v. g. corpus rei incorporeæ definitionem non recipit; nec etiam recipit homo definitionem equi. At vero Petrus, & Paulus, & Joannes unam & eandem definitionem accipiunt; itemque reliqui singuli homines. Liqueat ergo ut illi hominis species non sint. Sed indivi-  
dua

dūa, id est hypostases & personæ.

Rursus species cum dividitur, nomen suum ac definitionem iis quæ ipsi sunt inferiora, impertit: at vero Petrus, cum in animam ac corpus secatur, nec animæ, nec corpori nomen suum ac definitionem tribuit. Neque enim sola anima Petrus est, nec solum corpus, sed utrumque coniunctim.

Præterea omnis divisio quæ a genere in species fit, ad duō, vel tria, aut raro ad quatuor usque progreditur. Neque enim genus in quinque aut plures species cīvidi potest. Homo contra in omnes singulos homines, qui quidem numero infiniti sunt, dividitur. Quo sit, ut non nulli negent eam quæ a specie ad individua est, dicendam esse divisionem, malintque appellari enumerationem. Ex quo pater Petrum & Paulum & Joannem species non esse, sed individua, id est supposita sive personas: nec hominem genus esse Petri & Pauli & Joannis, hominumque reliquorum, sed speciem. Ac proinde homo est species specialissima. Etenim.

nim species est superioris, ut sub eo contenta, speciesque nihilominus inferiorum, ut ea continens. Tum enim quod continetur sub genere, species est; tum quod individua, idest hypotheses continet. Species igitur specialissima ea est, quæ proxime superior individua est: quam etiam ita definit: species est quæ de pluribus numero differentibus in quid est praedicatur. Eodem modo & equus & canis, & similia, species sunt specialissimæ. Quæ autem inter generalissimum genus, & specialissimas species interjecta sunt, subalterna genera sunt ac species; nempe species superiorum, inferiorum genera.

Hæc porro substantiales sunt & naturales differentiae, ac qualitates, quæ dividentes dicuntur & constituentes: nempe dividentes quidem superiora, ac inferiora constituentes. Corpus quippe & incorporeum substantiam dividunt. Eodem modo animalium dividunt corpus & incorporeum: itemque sensibile & insensibile, animalium seu vivens dividunt. Hæc igitur constituant animal. Sumo enim substantiam

tiam animatam sensibilem, atque animal efficio. Animal siquidem substantia est animata sentiens. Sumo rursum substantiam inanimatam & insensibilem, ac facio lapidem. Rursus, substantiam animatam non sentientem, & efficio arborem. Iten rationale & irrationale animal dividunt: mortale quoque & immortale dividunt rationale: terrestre autem & aquatile, quod est rationis expers. Sumo itaque animal, quod horum genus est, & rationale, & mortale, & hominem constituo. Homo enim est animal, & rationale, mortale. Rursum accipio animal est irrationale & mortale atque terrestre, equumque, v. g. aut canem, ac similia constituo. Denique accipio animal & rationale & mortale & aquatile; ac piscesem constituo. Substantiales porro ac naturales differentiae appellantur, eo quod efficiant, ut species ab alia specie, & natura ac substantia a substantia alia ac natura differat.

Eadem duo priora capita ex breviori Logica.

De

*De genere generalissimo, & specie specialissima, ac de subalternis.*

**G**eneris nomen trifariam sumitur; ac primo quidem a parente, ut qui ex Israel progeniti sunt, Israelitæ dicuntur. Altero modo a patria, ut ab Hierosolymis, Hierosolymitæ nomen habent, a Palæstina Palæstini. Tertio denique modo genus dicitur illud, quod in species dividitur; de quo apud Philosophos sermo est, qui & illud ita definit: Genus est quod de pluribus specie differentibus in quid est prædicatur.

Si niliter vox speciei duplarem habet significationem. Species enim dicitur figura & forma; ut species hominis statuæ. Species item dicitur quod generi subjicitur, hoc est, quod ex genere dividitur: ac de ista acceptione speciei agunt Philosophi.

Quandoquidem autem de genere sermonem habentes speciei meminimus, dicens: Genus est id quod in species dividitur, operæ pretium est nomine, quod velu.

velutí dum de patre loquimur , necessario de filio quoque mentionem facimus (Ille quippe pater est , qui habet filium) similiter dum de filio loquimur , patris item necessario meminimus . (Ille siquidem filius est , qui patrem habet) sic & impræ sentiarum , impossibile est de genere tractare , omissa specie , vel de specie , tacita generis mentione . Genus etenim in species omnino dividitur ; & id quod speciebus ex se divisis caret , genus non est . Species igitur ex genere dividuntur ; atque ea quæ genus non agnoscunt , nequaquam sunt species . Eodem scilicet modo quo primus homo , seu Adam non dicitur filius ; dicitur tamen pater (habuit enim filios) Seth vero , & parentis sui filius dicitur (pater enim hujus fuit Adam) & pater illius qui ex ipso natus est : (genuit enim filium) At Abel , filius quidem appellatur , cum patrem habuerit Adamum ; pater vero non dicitur , quia filium non habuit . Eadem ratione de genere & specie differendum est .

Primum genus , quod ex alio genere  
non

dividitur, nec aliud supra se agnoscit, genus est duntaxat, non species, vocaturque generalissimum genus. Quod sic definiunt: generalissimum genus illud est, quod genus cuin sit, rationem speciei non admittit, quia supra se nullum genus habet. Quæ vero ex ipso dividuntur species, si alias ex ipsis sub se divisas species habeant, species quidem sunt generum illorum ex quibus secantur; genera vero earum quæ ex ipsis dividuntur, id est inferiorum. Et hujusmodi genera ac species subalterna dicuntur. At vero infimæ species, quæ sub se species alias non habent, genera minime vocantur, sed tantum species, eo quod ex ipsis species aliæ non dividantur. Fieri enim non potest ut genus appelleretur, quod ex se subdivisas species non habeat. Species itaque, quæ genus non est, species specialissima dicitur.

Scire oportet, quod species & nomen ac definitionem generis sui necessario suscipiant: id quod etiam ei generi quod ex alio superiori derivatur, convenit, donec

ad

ed generalissimum genus ascenderis. Species tamen invicem sui definitionem admittere non possunt. Quod ut manifestius fiat, hac ratione rem consideremus. Primum generalissimumque genus est substantia; et si enim ex ente dividantur substantia & accidens; ens nihilominus eorum genus non est, cum tametsi entis nomen utrumque recipiat, non tamen entis definitionem. Nam ens sic vulgo definitur; Ens res est, tum per se existens, nec altero in quo subsistat indigens, tum quae per se esse non valet, sed in alio existentiam habet. Substantia autem illud est tantum quod per se existit, nec alia re ut sit opus habet. At vero accidens sola ea res est, quae per se non potest esse, sed in altero suum esse habet. En quo pacto nec substantia integrum entis definitionem non receperit, neque accidens verum substantia dimidiā tantum partem, accidens item dimidiā alteram partem. Attamen, cum ita comparatae sint species, ut & nomen, & totam generis definitionem accipiant; eapropter licet, ens in sub-

substantiam & accidens dividatur; non ramen illud est eorum genus; ac neque substantia est species, quippe quæ nullum genus aliud sit superius; sed ipsa primum ac generalissimum genus est.

Ipsa igitur substantia in corpus & incorporeum secatur: ac proinde corporum & incorporeum substantiæ species sunt. Iterum corpus dividitur in animatum & inanimatum. Unde rursus colligitur, corpus, cum substantiæ species sit, esse etiam genus animati & inanimati. Animatum seu vivens rursus dividitur in sensibile & insensibile. Sensibile itaque est animal quod vita & sensu præditum est. Insensibile vero est planta: sensu etenim caret. Planta autem vivens dicitur, quia nutriendi, & augendi, & generandi virtute pollet. Animal rursus scinditur in rationale & irrationale. Rationale in mortale & immortale. Mortale in hominem ratione præditum, & in irrationalia, æquum, canem, & similia: quæ quidem in alias species minime secantur, sed in individua, id est hypostases, aut supposita.

Dixi.

Dividitur siquidem homo in Petrum, Paulum, & ceteros singulos homines, qui non sunt species: quia species, ut jam diximus, aliae aliarum definitiones non admittunt: exempli gratia, corpus non patitur definitionem incorporei, nec homo definitionem equi. At vero Petrus & Paulus & Joannes unam definitionem suscipiunt, hominis nimirum: sic etiam reliqui singuli homines; proinde nec species hominis sunt, sed individua, hoc est hypostases & personae.

Rursus species divisa, inferioribus suis, & nomen, & definitionem suam impetrat: verum Petrus in animam & corpus divisus, nec anima nec corpori nomen & definitionem suam communicat. (Neque enim sola anima Petrus est, nec solum corpus.)

Deinde vero, divisio omnis generis in species, ad duo, vel tria, aut raro ad quatuor usque progreditur. Neque enim genus in quinque species & amplius dividii possit: at homo in omnes & singulos homines dividitur, qui quidem numero in-

definiti sunt. Quapropter divisionem speciei in individua dicendam esse negant, sed potius enumerationem. Patet ergo Petrum & Paulum & Joannem species non esse, sed individua, hoc est hypostases; nec proinde homo Petri & reliquarum personarum genus est, sed species. Unde sequitur hominem specialissimam esse speciem. Species enim est respectu superioris, & species respectu inferiorum. Eodem quoque modo equus & canis, & similia, species quidem sunt, non autem genera, ex quo fit ut specialissimæ species sint. Quæ autem inter generalissimum genus, & specialissimas species medium occupant locum, & genera sunt simul, & species subalternæ; utpote quæ superiorum quidem species sint, inferiorum vero genera.

Atque illæ ipsæ substantiales sunt ac naturales differentiæ & qualitates, quæ superiores quidem dividere, inferiores vero constitutere, dicuntur. Nam corpus & incorporeum substantiam dividunt: quemadmodum etiam animatum & inanimatum dividunt

vidant corpus. Eodem quoque modo sensibile & insensibile, vivens, seu animatum, dividunt; quæ rempe animal constituant. Accipio siquidem substantiam animatam, sensibilem, & animal efficio. Animal enim est substantia animata sensibilis. Rursus assumo substantiam animatam, insensibilem, & lapidem facio. Iterum sumo substantiam animatam, insensibilem, & plantam efficio. Insuper rationale & irrationale dividunt animal; mortale item & immortale, rationale dividunt. Quapropter assumo animal, quod est genus, & rationale & mortale, & hominem constituo. Rursumque assumo animal & irrationale & mortale, & constituo equum puta, aut canem, & similia. Substantiales autem & naturales dicuntur, eo quod per illas species una ab alia differt, natura & substantia ab altera natura ac substantia.

### *De Individuo. CAP. XI.*

**I**n dividuum sive *αὐτόμον* quatuor modis dicitur. Est enim individuum, quod

non secantur, aut dividitur in partes, ut punctum, nunc, seu momentum temporis, ac unitas: quæquidem *ἄποστα* i. e. non *quanta* appellantur. Dicitur quoque individuum, quod ægue dividi potest ac secessi, ut adamas, lapis, & similia. Dicitur item individuum, species quæ in species alias scindi non potest; id est species specialissima, ut homo, equus, aliqua ejusmodi. Denique id individuum proprius dicitur, quod dividi quidem potest, verum posteaquam divisum est, primam speciem nequaquam retinet. v. g. Petrus in animam & corpus dividitur: verum nec anima, si eam seorsim speget, perfectus homo est, aut perfectus Petrus; nec item corpus. Ac de isto (individuo) Philosophi loquuntur; quod quidem substantia hypostasim significat ac suppositum, seu persona.

*De Differentia.* CAP. XII.

**D**ifferentia, & qualitas, & proprietas, subiectū quidem ratione unum  
sunt

sunt: at si vim ac facultatem species, alterum atque alterum. Nam rationalitas tum qualitas hominis, tum proprietas, tum differentia dicitur; verum alia atque alia ratione. Ut enim substantiam veluti qualitate afficit, ac quasi format, qualitas dicitur. Ut rursus propria hujusce substantiae facta est, proprietas vocatur. Ut deinde cum bruto animali, puta bove, aut mulo, aut cane, comparatur homo, differentia nuncipatur. Per eam enim homo a brutis differt,

Hæc porro triplici modo usurpatur; communiter nomine, & proprie, & maxime proprie. Neque enim duo aliqua inveniri possunt, quæ ratione quadam ab invicem non differant. Aliis igitur species a specie, hypostasis ab ejusdem speciei & substantiæ hypostatis, aliis hypostasis a se ipsa differt. Etenim hominis species ab equi specie differt, quatenus alter ratione utitur, alter ratione caret. Diciturque ratione uti, & ratione carere, substantialis differentia. Eodemque modo quidquid illud est, per quod species

a specie discrepat, naturalis, & substantialis, constituensque, & specificans, differentia ac qualitas nuncupatur, proprietasque naturalis; quæ quidem universæ speciei incommutabiliter inest, ac maxime propria differentia, Philosophorum usu, dici solet, ut quæ maxime propria sit, ac naturam declareret. Rursus hoc nomine homo ab homine, aut equus ab equo, vel canis a cane; (hoc est individuum ab eisdem speciei individuo differt,) quod ille magnus, hic parvus sit: ille senex, hic juvenis (ille pressis naribus, hic aduncis) ille prudens, hic stolidus. Omnia hæc adventitiæ differentiæ ac qualitates dicuntur, quod est accidens; de quo deinceps dicturi sumus.

*De Accidente.* CAP. XIII.

**A**Ccidens est, quod adest & abest sine subjecti interita. Ac rursus, Accidens est, quod inesse, & non inesse eidem contingit. Potest enim fieri ut homo alius sit, vel non alius: eodem modo

modo, ut procerā statūra, ut prudens, ut simus. (Hoc, nec cū adest spēcien conservat (non enim ad ejus definitionem assūnitur) nec cū abest eam labefactar. Quantumvis enim Æthiops candore careat, nihil hoc lēserit, ut nō homo existat. Accedit igitur ac recedit; nec subinle subiectæ substantiæ rationem lēdit. Diximus enim substantiam subiecti loco ac materiæ esse accidenti).

Hoc porro acci. lens bifaria n dividitur: nempe in eam quæ communiter dicitur, differentiam, & in eam quæ proprie differentia communiter dicta, est accidens separabile, v: g. sedet quispiam, ac alter stat. Quippe fieri potest, ut surgente illo qui sedebat, & sedente illo qui stabar, eorum differentia separetur, atque ut quisque aliam pro alia vicissim accipiat. Quin & a seipso dicitur quis differre, ratione accidentis separabilis. Etenim dum sedet ac surgit; dum floret ætate, ac senescit; dum adversa valetudine laborat, ac sanus est, aliisque ejusmodi, a seipso quivis differt. Propria

quoque differentia est, accidens illud quod separari non potest. Ut si quis simus sit, non potest hæc simitas ab eo separari. Eodemque modo de cæsi oculis, ac similibus. Per hæc itaque & inseparabilia accidentia, individuum ab individuo, hoc est hypostasis ab hypostasi differt. Nunquam tamen quisquam a seipso differt. Hæc porro, nihil conferunt ad definitionem. Potest enim homo simus esse & non esse, ac recedente glaucitate, nihil scius homo remanebit.

*De Proprio.* CAP. XIV.

**P**roprium quatuor modis dicitur. Primum, quod soli speciei inest, sed non omni, ut homini Geometram esse; solus enim homo Geometra est, sed non omnis homo est Geometra. Secundo, quod omni quidem speciei inest, sed non soli, ut bipedem esse. Omnis quippe homo bipes est; at non solus homo est bipes, sed etiam columba, & similia. Tertio, quod omni quidem ac soli, & non sem-

per.; quemadmodum homini canescere.  
Hoc enim omni & soli homini convenit,  
at non semper; verum in senectute tan-  
tem. Quarto denique, quod tribus pri-  
mis in unum coeuntibus exsurgit; hoc  
est, quod omni, ac soli, semiperque con-  
venit: quod item convertitur; ut risus  
hominis, hinnitus equo, aliaque id ge-  
nus. Solus enim homo risibilis est, &  
omnis homo, & semper; tametsi ea fa-  
cilitate non semper utatur. (Nam si qui-  
dem est homo, risibilem esse necessum  
est, ac quidquid risibile est, hominem  
esse oportet. Hoc est enim converti,  
ac reciprocari) Ac de hoc proprii signifi-  
cato differunt Philosophi; inque hunc mo-  
dum describitur: Proprium est, quod  
omni, & soli speciei, ac semper inest.  
Hoc autem trifariam dividunt: ab orga-  
nicarum partium efformatione; sic homi-  
ni convenit latos unguis habere, & ere-  
cto corpore incedere: ab actu, ut igni  
vergere sursum: a potentia, & agendi vi,  
ut ignem vi calefaciendi pollere dicimus,  
quaes corporum aliorum calores longe supe-

ter. Dicitur autem proprium substantiae  
adjectum quid, seu essentiam con-  
quens.

*De his quæ prædicantur. CAP. XV.*

**O**MNEM prædicatum, ait latius patet  
quam subiectum, aut æque; minus  
autem late, nunquam. Latius nimis,   
cum quæ latius patent, de his quæ minus  
late patent, prædicantur. Latius porro  
patent superiora: minus late inferiora.  
Quare cum ens latius omnibus pateat,  
de omnibus quoque proinde rebus prædi-  
catur. Nam & substantia dicitur ens;  
& accidens item ens dicitur. Illud au-  
tem dicere non possumus, ens substan-  
tia esse. Non enim ens substantia so-  
lum est; sed & accidens. Eodem modo  
genera de speciebus prædicantur, ut quæ  
ampliora sunt. Contra species de suis ge-  
neribus minime prælicantur; propterea  
quod species non tam late pateant. Quo-  
circa substantia de animali prædicatur, at-  
que animal de homine: nam animal sub-  
stan-

stantia est, & homo animal; at non e converso. Quippe, omnis quidem homo animal est; at non omne animal cit homo. Siquidem & equus & canis animalia sunt. Eodem modo omne animal substantia est; at non item omnis substantia, animal. Nam & lapis & lignum substantiae sunt, nec tamen propterea sunt animalia. Sic etiam species ut latius patens de individuis praedicatur; hoc est de hypostatis, quae sub ipsa continetur: aut individuum, hoc est hypostasis, de specie minime praedicatur: eo quod hypostasis, seu singulare subsistens, minus late pateat quam species. Itaque & Petrus homo est, & Paulus homo est; at non item omnis homo est Petrus, aut Paulus. Sunt enim alias quoque hypostases sub hominis specie. Quin differentiae quoque de speciebus quibus insunt, ac de ipsarum individuis praedicantur: latius enim patent differentiae quam species. Etenim ratione praeditum esse latius patet quam hominis species: nam omnis quidem homo rationalis est; at non item omnis rationalis est homo: qui.

quippe Angelus rationalis est, nec tamen est homo. Atque hujusmodi sane est prædicatum, quod diffusius est.

Prædicatio autem quod subiecto est æquale, illud est quod cum subiecto convertitur. Prædicantur enim propria de speciebus, quarum propriæ sunt: atque item species de suis propriis prædicantur. Ut enim omnis homo risibilis est, ita omnis risibilis est homo. Nam quanvis simia quoque ridere dicatur; non ex animo tamen, sed gestu solo ridet. Est enim imitabundum animal. Quapropter generum de speciebus, & differentiarum de speciebus, ac specierum de individualiis prædicatione latior dicitur; priorum autem, æqua. Ea porro quæ æqualis prædicationis sunt, converti dicuntur, ac reciproca prædicata.

### *De univoca & equivoca prædicatione.*

CAP. XVI.

**U**nivoca prædicatio est, cum subiectum, & nomen, & definitionem ipsius nominis recipit; ut animal de homine

mīne prædicatur; accipitque hemo, tūm nomen, tūm definitionem animalis. Animal enim est substantia vivens sensibilis: homoque item definitionem hanc suscipit. Nam homo etiam est substantia vivens sensibilis.

Æquivoca autem prædicatio est, cūm nomen quidem suscipit; definitionem vero non item: puta, imago hominis, nomen quidem hominis, non autem definitionem admittit. Hominis enim definitio hæc est: Animal rationale, mortale, intelligentiæ ac scientiæ capax. At imago nec animal est (neque enim vivens,) nec rationis particeps, nec intelligentiæ ac scientiæ capax.

† Illud autem nosse oportet, quæcumque de aliquo prædicantur, ut de subjecto, hoc est, univoce, eadem de eo prædicari quod illi subjectum est. Exempli gratia, animal de homine prædicatur tanquam de subjecto, hoc est univoce & homo de Petro. Petrus enim subjicitur

† *Regula ante prædicamentorum ab Aristotele tradita.*

citur homini , Prædicatur itaque etiam de Petro animal : nam Petrus quoque animal est .

Subiectum porro dupli modo dicitur : nimirum , vel ad existentiam , vel ad prædicationem . Ad existentiam ; quemadmodum substantia accidentibus subjicitur : nam in ea suum esse habent , neque ea remota subsistunt . Subiectum autem ad prædicationem , particulare est : nam particulare universaliori ad prædicationem subjicitur . Universalius siquidem de contractiori prædicatur , uti animal de homine . Porro quod in universum sumitur , prædicatum dicitur ; quod autem specialius est ac particularius , subiectum ad prædicationem appellatur . Dicitur autem accidens in substantia , tanquam in subiecto ; substantia autem subiectum est ad existentiam .

*De prædicationibus in quid est , & in quale quid est .* CAP. XVII.

Alia

**A**lia est prædicatio in quid est; & alia in quale quid est. In quid est, ut cum interroganti quid est homo; respondemus, animal. In quale quid est, ut cum quærenti, quale est animal; respondemus, rationale, mortale. Itaque genus & species in quid est prædicantur: differentia autem tam substantialis, quam accidentalis; hoc est accidens, & proprium, in quale quid est prædicantur: at vero hypostasis, nec quid est, nec quale quid est offendit, sed quis est. Nam si quis ex nobis seiscitetur, quis hic sit; dicimus; Petrus: ac deinde si pergit quærere, quid sit Petrus; dicimus, homo: quod si rursum quærat, qualis homo: dicimus v. g. magnus, aut parvus.

† Illud porro sciendum est, ea quæ natura differunt, aliud dici, & aliud. Dicimus enim, aliud est homo, & aliud equus: aliud, inquam, quantum ad naturam attinet. Etenim alia est hominis species, alia equi. Quæ autem numero differunt, hoc est hypostases, alius

† Greg. Naz. orat. 51.

alius & aliis dicuntur. Dicimus enim aliis est Petrus, & aliis Paulus. At dicere non possumus: aliud est Petrus, & aliud Paulus. Alioqui falso id dicemus. Natura enim unum sunt: non tamen sunt unus numero.

Illiud quoque scire operæ pretium est substantiam quidem, atque item substantiales differentias, aliud vocari: accidens autem *επέροιον*. (*q. d. alterius qualitatis*) propterea quod substantiales differentiae circa ipsam speciem, hoc est circa naturam ipsam considerantur, eamque constituant: accidens autem circa individuum. Etenim accidentia hypostasim constituunt. Aliud igitur est homo, & aliud equus: alias autem qualitate ac diversus Petrus; & alias ac diversus qualitate Paulus. Porro differentia omnis, tam substantialis, quam accidentialis *επέροιον* facit. Siquidem τὸ *επέροιον*, cum aliud, tum diversum in qualitate significat. Ac natura quidem, quid res est, significat; hypostasis autem hunc quendam, atque hoc aliquid: omnia

vero

vero differentia quale est .

---

*In quibus quinque simplices voces conveniant inter se, ac dissident . CAP. XVIII.*

**I**llud scire attinet , quinque voces in eo convenire , quod omnes de pluribus prædicentur . Differunt autem inter se quod genus de pluribus specie differentibus in quid est prædicetur ; species item in quid est , de pluribus numero differentibus : differentia vero & accidens , in quale quid est ; de pluribus differentiis specie : proprium denique & ipsum , in quale quid est de pluribus numero differentibus ; hoc est de una specie ac subjectis ei individuis . Porro inter differentiam & accidens hoc interest discriminis , quod differentia substantialis sive essentialis est , hoc est pars substantiae seu essentiae subjecti : accidens autem , non ut pars substantiae , sed adventitium est .

---

*In quibus genus & differentia inter se conveniant , ac discrepent . CAP. XIX.*

F

Inter

**I**NTER genus & differentiam hoc commune est, quod utrumque species comprehendat: quodque univoce de speciebus ac individuis prædicetur. Illud autem scire convenit; quæcunque de re aliqua tanquam de subiecto, hoc est univoce, prædicantur, de ipsius quoque subiecto univoce prædicari: non item quæ æquivoce. Hac autem ratione inter se dissident, quod genus latius pateat, quam subiectæ illi differentiæ, quamque aliæ tres voces; quod propterea genus potestate differentias complectatur: quod natura differentias antecedat: quod in quid est; differentia contra, in quale quid est prædicetur: quod propinquum genus unum sit, differentiæ autem plures: quod denique genus materiæ; differentia autem formæ respondeat.

*In quibus genus & species inter se conveniant, ac dissident. CAP. xx.*

**I**NTER genus & speciem hoc commune est, quod de pluribus in quid est prædicentur: quod natura ea, quæ infra ipsa sunt

Sunt, antecedant: quod utrumque totum quidpiam sit. Hæc autem generi ac speciei peculiaria sunt, quod genus universalius sit quam species: quod species differentius abendet præ genere: quod genus univoce de specie prædicetur, non item species de genere: quod neque genus ultimum specialissimum sit, neque item ulla species generalissima; nec quod specialissima species genus esse possit.

*In quibus genus & proprium inter se convenient, ac differant.* CAP. XXI.

**G**enus & proprium in hoc convenient, quod ambo species sequantur; id est de iis prædicentur: quod ambo, de iis de quibus prædicantur, atque prædicenter: quod univoce prædicentur. Hoc autem inter utrumque discriminis est, quod genus natura prius est proprio: quod genus de pluribus speciebus prædicetur; proprium autem de una: quod proprium cùm specie convertatur; genus autem non item: quod denique soli speciei insit; non item genus.

*In quibus genus & accidens inter se conveniant, ac differant.* CAP. XXII.

**H**oc inter genus & accidens communne est, quod utrumque de pluribus praedicetur. Hæc autem generi & accidenti peculiaria sunt, quod genus fit prius speciebus, quibus accidentia insunt; accidentia vero speciebus sint posteriora: quod participatio generis peræque fit; accidentium non item: quod accidens primo individuis insit, atque ita subinde speciebus; genus autem e contra: quod denique genera in quid est prædicentur; accidentia vero in quale quid est, vel quomodo est.

*In quibus differentia & species inter se conveniant, ac differant.* CAP. XXIII.

**C**onveniunt differentia & species; quod peræque participantur: quod iis semper adsint a quibus participantur. Hæc autem inter utramque peculiaria sunt, quod differentia in quale quid est; species autem

tem in quid est prædicetur: quod differentia plures species eorumque individua complectatur; species vero solum ea quæ sub ipsa continentur: quod differentia prior natura sit speciebus: quod differentia componatur cum differentia: species autem nequaquam.

---

*In quibus convenient inter se ac differant differentia & proprium.* CAP. XXIV.

Inter differentiam & proprium hoc commune est, quod peræque de his quibus insunt prædicentur: quodque semper ac omni speciei insint. Hæc autem ipsis peculiaria sunt, quod differentia species multas complectatur; proprium autem, unam duntaxat; quod differentia cum specie non convertatur; proprium vero convertatur.

---

*In quibus differentia & accidens inter se convenient, ac differant.* CAP. XXV.

**I**L lud inter differentiam & accidens commune est, quod utrumque de pluribus in quale quid prædicetur: quia item differentia & accidens inseparabile iis semper insint de quibus prædicantur. Hæc autem ipsis peculiaria sunt, quod differentiæ continent, non contineantur. Quamvis enim hæc amb̄ species comple-  
tāntur, ut quæ de pluribus speciebus præ-  
dicentur: at differentia tamen non conti-  
netur, quoniam eadem species contrarias  
differentias non suscipit; accidens contra  
continetur, quia eadem species, ac idem  
individuum multa accidentia, sepe etiam  
inter se contraria, suscipit. Huc acce-  
dit quod differentia non recipiat magis  
aut minus; secus vero accidens: atque  
item illud, quod contrariæ differentiæ  
misceri inter se nequeant; contraria autem  
accidentia misceri possint.

*In quibus species & proprium inter se con-  
veniant, ac differant. CAP. XXVI.*

**I**NTER speciem & proprium illud com-  
mune

mune est , quod vicissim de se prædicentur, seu convertantur : quod æque participentur ; ut individuorum ipsa participantium alteri magis alteri minus sese non impertiant . Inter ipsa vero hoc discriminis est , quod species sit substantialis ; proprium autem , adventitium & accidentale : quod species semper sit actu ; proprium vero semper potentia , et si non actu : quod quæ diversas habent definitiones , ipsa quoque scilicet diversa existant .

*In quibus species & accidens inter se conveniant , & differant .* CAP. XXVII.

**I**n ter speciem & accidens hoc communne est , quod de pluribus prædicentur . Hoc autem discriminis est , quod species in quid est : accidens in quale quid est prædicetur : quod unius duntaxat speciei participatio sit : at multorum accidentium quispiam particeps esse possit : quod species sit prior natura accidentibus : quod species æque participetur , accidentia autem magis & minus suscipiant .

*In quibus proprium & accidens inseparabile tum convenienter tum differant.* CAP. XXVIII.

**I**nter proprium & accidens inseparabile hoc commune est, quod ea quibus insunt, sine ipsis non consistant; quodque utrumque simul insit. Hoc autem inter ipsa interest, quod proprium uni speciei insit; accidens autem pluribus quod proprium cum specie convertatur; non item accidens. Denique, quod accidens magis & minus admittat; proprium vero nequaquam.

*De hypostasi, enhypostato, & anhypostato.*

CAP. XXIX.

**H**ypostasis vocabulum duplaci significationem habet. Nam cum absolute usurpatur, id quod simpliciter existit significat: que autem per se est hypostasis, individuum significat ac personam peculiarem. Eodem modo vox *enhypostata* dupliciem habet significationem. Si-

gni-

gnificat enim & quod absolute est: quo sensu nedum substantiam quæ est absolute, sed & accidens, *enhypostaton* appellamus. Designat quoque eam quæ per se hypostasin, hoc est individuum. Quin & *anhypostaton* quoque dupli modo usurpatur. Nam & *anhypostaton* dicitur quod nusquam omnino est: ac rursus etiam accidens *anhypostaton* vocatur, quia accidens propriam ac peculiarem existentiam non habet, sed in substantia exsistit.

*De voce ἔστιας, de natura & forma, nec non de individuo, personâ, & hypostasi.*

CAP. XXX.

**E**Xterni Philosophi eodem modo *ἔστιας*, & *φύσεως*, differentiam statuerunt. *ἔστιαν* quidem usurparunt pro esse absolute & simpliciter: *Φύσιν* vero, i. e. naturam dixerunt esse usiam per essentiales differentias specificatam; atque cum eo quod absolute existat, etiam tali modo esse habet; ut sive rationalis sit, sive irrationalis, sive mortal, sive immortalis. Hoc est, ip-

sam esse volunt, ut ita dicam, immutabilem atque ab omni variatione alienam originem, & causam, ac vim unicuique speciei a summo rerum opifice initam, per quam moveri seu operari possit; Angelis nempe ad intelligendum, cogitationesque suas sine sermonis prolatitii ope sibi invice a communicandum: hominibus autem ad intelligendum & ratiocinandum cogitationesque in pectore conditas, sermonis ore prolati adjumento sibi invicem impertendum: brutis item vivendi, & ientjendi, & respirandi motum: stirpibus vim eam, qua aluntur, crescunt & generant; faxis denique, eam vim, qua calore, aut frigore afficiantur, & qua e loco in locum, impresso motu ab alio, hoc est nequam vitali, transferantur. Hanc inquam *naturam* apellarunt; hoc est specia-*lisimam* speciem; puta, Angelum, hominem, equum, canem & his similia, quæ, veluti generaliora hypostases complectuntur, inque singulis hypostatis, quæ sub ipsis continentur, peraque, ac sine ullo defectu existunt. Itaque quod particula-

Hūs est, hypostasim vocarunt; quod autem generalius, ac hypostases comprehendit nuncupaverunt naturam; denique existentiam simpliciter dictam, nominaverunt  *sostionem*, i. e. substantiam.

At sancti Patres prolixas ac ineptas contentiones missas facientes, id quod commune est, ac de multis dicitur; id est specialissimam speciem, substantiam, & naturam, ac formam appellant, ut Angelum, equum, canem, & similia. Enīm vero *τοιχη*, ab eo quod sit dicitur; & natura, ab eo quod aptum natum sit. Esse porro & natum esse, idem sunt. Atque etiam forma & species eandem ac natura habent significationem. Quod autem particulare est, individuum, & personam, & hypostasim nuncupant, ut Petrum, Paulum. † Porro hypostasis essentia cum accidentibus, & ut per se subsistat, exigit; ac etiam sensu, id est actu, consideretur existens. Nec vero fieri potest ut duæ hypostases inter se non differant ratione accidentium

accid.

† Anast. Sin. &amp; alii.

accidentium , numeroque inter se distinguantur. Illud denique sciendum , characteristicas proprietates accidentia esse , quibus tanquam certis notis exprimitur hypothesis .

*Capita Aristotelis . Si est , quid est , quale quid est , propter , quid est .*

*De Aequivocis , CAP. XXXI.*

**A**equivoca sunt , quæ nomine quidem inter se convenient , cœterum definitione aut descriptione differunt , ut canis nomen æquivocum est . Nam , & terrestrem , & marinum canem significat . Alteram porro definitionem habet terrestris canis , & alteram marinus ; quandoquidem diversa utriusque natura est . Sic autem æquivoca describunt : Aequivoca sunt , quorum nomen duntaxat commune est , ratio autem substantiæ quæ nomine significatur , diversa est . Hic autem rationis nomine definitio intelligitur ac descriptio . Illis autem verbis secundum nomen , hoc indi-

indicatur, aliani esse definitionem ipsius nominis, cuius ratione æquivoca sunt. V. g. terrestris & marinus canis, ut canis nomine significantur, æquivoca sunt, si quis enim terrestris canis & marini, quatenus uterque ipsorum canis vocatur, definitionem afferre velit, alteram terrestri, alteram marino cani definitionem tribuet. Fieri autem potest ut & definitione & nomine inter se convenient: ambo enim animalia vocantur, & animalis definitionem recipiunt. Verum hujus nominis animalis ratione æquivoci non sunt sed potius univoci. Porro in æquivocis tria investiganda sunt, nempe an sint æquivoca, tam de quot rebus dicantur, ac postremo de quo significato quæsumum sit.

(Quamvis similitudo penes qualitatem solam ex quadruplici capite oriri veteribus visa sit, nihilominus tum secundum substantiam, tum secundum qualitatem perinde sumi solet a recentioribus: ac secundum substantiam quidem, ut dum homines Angelis similes, hoc est æquales, scimus tametsi penes qualitates inter se omni-

omnino diversi sint, equos quoque, ac cygnos, aliaque id genus. Verum quandoquidem ejusmodi similitudo, nullam aliquando disparitatem admittit, quandoque vero nonnullam patitur diversitatem; ut Filiū a Deitate subducerent Hæretici, eundem Patri similem dixerunt, ac per ancipitem vocis hujus sensum in pejora simplices detraxerunt. Quapropter & magnus ajebat Basilius: † si voci, similis, addatur absque ulla prorsus diversitate; ipsam quoque luens suscipio. Atque hæc est similitudo secundum substantiam. Secundum qualitatem autem, non ad hanc, aut illam qualitatis speciem determinatur: sed in omnibus locum habet, puta figura, forma, colore, arte, virtute, & aliis, ad quæ genus qualitatis sese extendit,

Ipsa autem qualitas qua trifaria n dividitur. Aut enim in una specie, unaque qualitate simul convenient: sic illos qui ejusdem sunt speciei, sui invicem similes dicimus, puta Æthiopes propter nigredinem

† Basil. epist. 41. ad Max.

nem, cygnos ob albedinem; adeo videlicet ut duplice ratione convenient, secundum substantiam & secundum apparen-  
tiā, sive colorem: aut etiam quatenus, tametsi specie differant, una tamen ipsis  
inest qualitas: ut piper album v. g. & ni-  
grum penes qualitatem similia sunt: aut  
dum unica quidem species est, diversæ ve-  
ro qualitates, sic palumbus columbae si-  
milis est secundum album, purpureum,  
nigrumque colorem, & alia, in quibus,  
forte convenient. Quartum simile est,  
species quæ reperitur in imagine & exem-  
plari: quale intercedit inter hominem pi-  
etatum & vivum; qua ratione Deo similes  
dicimur: etsi rem diligentius investiganti  
immensa protinus appetit diversitas. Il-  
la enim nomen duntaxat, solamque sigu-  
ram participant: at homo reapse Dei par-  
ticeps est; ejus inquam bonitatis, sapien-  
tiæ, ac virtutis, quamvis non eadem ra-  
tione. Deus quippe hæc suapte natura  
habet, nos vero Dei concessione; quin &  
alius alio, & alio modo: adeo ut non  
immensa solum Deum inter & homines in-  
terest

terest disparitas; verum & inter homines ipsos, secundum proportionem. Similitudo itaque valde ad ea accedit, quæ ab uno, vel propter ordinem ad unum denominata sunt.)

---

*De Univocis.* CAP. XXXII.

**U**NIVOCa sunt, quæ & nomine & ejusdem nominis definitione aut descriptione inter se convenient: velut, animal, & hominem & equum significat, & juxta hoc nomen, animali scilicet, univoca sunt. Uterque enim horum & nomen & definitionem animalis suscipit. Sic autem univoca describuntur: UNIVOCa sunt, quorum nomen commune est, & per nomen significata ratio substantiæ eadem est.

---

*De Polyonymis.* CAP. XXXIII.

**P**Olyonyma sunt<sup>int</sup>, quæ definitione quidem inter se convenient, nomine autem differunt; hoc est, quando res eadem diversis nominibus appellatur, ut gladius, ensis

ensis, mucro. Hæc enim omnia nomina unam & eandem definitionem suscipiunt; nempe ferrum anceps, idest utraque parte acutum. Sic autem Polyonyma describuntur: Polyonymia sunt multa nomina, quæ de re eadem dicuntur.

*De alteris & heteronymis.* CAP. XXXIV.

**Q**UÆ autem utroque modo, hoc est, nomine & definitione inter se discrepant; aut unum subiectum habent; & tum heteronyma dicuntur, ut ascensus & descensus (hæc enim subiectum vi unius scalam nimirum, labent) aut non habent idem subiectum; & tum altera dicuntur, ut substantia & accidens. Nam hæc, & nomen alterum, & alteram descriptio- nem habent. Utroque autem, hoc est, & heteronymorum & alteriorum, hæc est descriptio: quorum nomini, & defini- tio diversa sunt.

*De Denominativis.* CAP. XXXV

**S**unt autem nonnull'a, quæ inter univo-  
ca & æquivoca medium locum tenent;  
atque & nomine & definitione partim con-  
veniunt, partim dissident: quæ quidem  
denominativa dicuntur; ut a Grammatica  
Grammaticus. Nemine quippe conveni-  
unt: verum nominis terminacione; hoc  
est extrema syllaba differunt. Ac rursus  
definitione convenient ac discrepant; quo-  
niam Grammatica scientia est: Grammati-  
cus autem, substantia in qua est scientia.  
Denominativa autem sunt, quæ ab aliquo,  
dissidentia casu, hoc est nominis inflexio-  
ne, appellationem habent.

Sciendum autem quod nec Grammati-  
ca, nec Musica, nec Justitia, denomina-  
tiva sunt: sed Grammaticus, Musicus, &  
Justus. Nam Grammaticus a Grammati-  
ca denominatur, & Musicus a Musica,  
& Justus a Justitia.

Illud item nosse oportet, quod deno-  
minativa, ea a quibus denominata sunt,  
complectantur, ut Grammaticus Gramma-  
ticam, Justus Justitiam. Quæ autem ab  
uno dicuntur, nequaquam. Neque enim  
medi-

medicum instrumentum medicinam contineat.

---

*De Decem generibus generalissimis.*

CAP. XXXVI.

**E**A quæ dicuntur, partim simpliciter & absque complexione dicuntur, ut substantia, & accidens, & similia: partim cum complexione, ut equus currit, Socrates philosophatur. Forum autem quæ simpliciter & sine complexione dicuntur,  
1. Aliud substantiam significat, ut homo, equus. 2. Aliud quantitatem, ut duo, tria, tricubitum, quadricubitum. 3. Aliud ad aliquid, ut pater, filius, 4. Aliud quale, ut album, nigrum. 5. Aliud ubi, ut in templo, in foro. 6. Aliud quando, ut anno superiori, heri, hodie, cras. 7. Aliud siuum esse, ut stare, sedere. 8. Aliud habere, ut indutum esse, calceatum esse. 9. Aliud agere, ut urere, secare. 10. Aliud pati, uturi, secari. Hæc decem prædicamenta dicuntur, quia de quibusdem prædicantur. Nam

G 2

dice-

dicere & prædicare idem sunt;

Sciendum est autem, unumquodque hominum generum, genus esse generalissimum. Horum perro decem prædicamentorum unum duntaxat substantia est ; reliqua novem, accidentia. Sunt autem hæc substantia, quantitas, ad aliquid, qualitas, quando, ubi, situm esse, habere, agere, pati.

*De Homogeneis, & homoideis; deque heterogeneis, & Heteroideis, ac numero differentibus.* CAP. XXXVII.

**H**omogenea sunt, quæ sub eodem prædicamento collocantur. (Ut homo & equus.) Heterogenea contra, quæ sub alio atque alio genere sunt, (puta, animal & scientia :) Hæc enim genere differunt. Rursum Homoidæa sunt, quæ sub eadem specie censentur, ac substantiæ ratione inter se convenient, ut Petrus & Paulus : Heteroidea contra, quæ ab invicem specie differunt ; hoc est, quæ substantiæ ratione inter se discrepant ; ut homo, equus.

Numero autem differunt, quæ accidentium congeriem distinctam ac secretam hypostasis suæ proprietatem habent, suntque nacula peculiarem ac per se existentiam; hoc est, individua, ut Petrus, Paulus, ac singuli homines.

Eorum porro quæ prorsus heterogenea sunt, diversæ quoque specie differentiæ sunt, ut animalis & scientiæ. Animal enim sub substantia est, scientia sub qualitate. Atque animalis quidem differentiæ, constituentes nimirum, sunt animatum, sensibile; si sermo est de divalentibus, rationale, irrationale, volucre, terrestre, aquatile. Scientiæ quidem differentiæ sunt, viventibus & rationalibus inesse, ac præterea mutationem ægre admittere: dividentes autem, Grammatica, Philosophia. Cujus enim prædicamenti genus est, ejusdem etiam species est, atque ipsius speciei differentiæ. At nihil vetat mediorum generum ac specierum easdem esse differentias; tametsi non omnes velut: animal, quod inanimatum efficere non potest. Differentias autem eo loci eas de-

mum intelligo, quæ constituunt ejusmodi genera & species.

Scire autem oportet, excepta substantia, reliqua novem prædicamenta, etiamsi accidentia sint, habere tamen singula, tam constituentes, quam dividentes differentias, ac unumquodque genus generalissimum esse, pariterque species ac genera subalternatim posita, nec non specialissimas species habere. Etenim ubi genus est, illic species ac dividentes differentias necesse est esse. Nam hæ sunt quæ genera in species dividunt: itemque ubi sunt species, illis sunt & differentiæ constituentes. Hæ namque sunt quæ constituunt species.

Jam vero unum tribus modis dicitur; nempe, aut genere, ut hominem & equum, unum ac idem genere dicimus: nam constituantur sub eodem genere, animali scilicet: aut specie; ut Socratem ac Platonem, qui sub eadem specie sunt, hoc est sub homine, dicimus unum ac idem specie: aut denique numero; ut Socratem unum esse, seorsim a reliquis hominibus sejunctum, dicimus.

---

*De In aliquo.* CAP. XXXVII.

**I**N aliquo undecim modis dicitur. 1. Ut genus in specie; velut animal in hominis definitione. 2. Ut species in genere; velut homo in animalis divisione. 3. In loco; sicut Sacerdos in templo. 4. In tempore; uti Noe in diluvii tempore. 5. In vase; quemadmodum vinum in poculo. 6. Ut totum in partibus; veluti Socrates in suis membris, nimirum in capite, in manibus ac pedibus. Quanquam hoc non est in aliquo, sed in aliis quibus esse. 7. Ut pars in toto; uti caput, manus in Socrate. 8. Ut forma in materia; velut statuæ forma in ære. 9. Ut in causa efficiente; quemadmodum in Deo sunt omnia. 10. Ut in causa finali; velut lectus in hominis requie: siquidem ut homines requiescant, lectus conficitur. 11. Ut in subiecto; sic ut candor in corpore. Sciendum porro est, partem totius dici; at non item totum partium, sed totum in partibus.

## De Substantia iterum. CAP. XXXVIII.

**S**ubstantia est res per se existens, nec ullo alio, a l hoc ut sit, opus habens. Rursus, substantia est, quidquid per se subsistit, neque in alio suum esse habet; id est, quod non est propter aliud, neque in altero suam existentiam habet, nullo alio ut consistat indigens. Quin potius in seipso est; inque eo accidens suum esse habet. Nam color propter corpus existit, ut ipsum imbuat & afficiat: non autem contra, corpus ob colorem. Estque color in corpore; non item corpus in colore. Ac proinde dicitur corporis color, non autem corpus coloris. Itaque saepe numero mutato colore, substantia tamen, hoc est corpus, nequam mutatur, sed statum suum retinet. Diciter autem substantia *reis*, eo quod ei (proprie) conveniat esse. (Ut e contra accidentis dicitur eo quod accidat, ac sit quandoque & quandoque absent: sive quia contingit idem accidentis eidem rei & inesse & non inesse; imo

imo & ejus contrarium.)

---

## De Naturā. CAP. XL.

**N**atura est principium motus & quietis, usque rei: v. g. terra, moveatur, cum germen edit: quiescit autem, quod attinet ad transitum de loco in locum. Neque enim moverur de loco in locum. Quocirca principium & causa hujusce motus & quietis, per quam ita res quælibet substantialiter nata est, sive comparata est a natura, ac non ex accidenti, ut moveatur ac quiescat, natura nuncupatur: ab eo scilicet quod ita nata sit atque existat. Hæc porro nihil aliud est, quam essentia. Ab essentia namque ejusmodi vim habet, hoc est, motum & quietem; ipsaque ejus motus ac quietis causa est. Porro φύσις id est *natura παρότο πεφυχένοι*, a natum esse, dicitur.

---

## De Formā. CAP. XLI.

**F**orma est essentia a differentiis essentialibus velut informata, ac specificata; quæ quidem significat speciem specialissimam: v. g. substantia, quæ a corpore animato ac sentiente formata ac specificata, animal absolvit; rursusque rationali ac mortali assumto, hominis speciem efficit: ac cum sit species specialissima, dicitur forma, velut nempe substantia formata.

Porro SS. Patres, essentiæ, & naturæ, ac formæ nomen tribuunt speciei specialissimæ, idemque essentiam, & naturam, & formam, nempe specialissimam speciem esse, statuunt; atque adeo ejusdem essentiæ, & naturæ & speciei, & generis & formæ esse dicunt individua, quæ sub eadem specie specialissima constituta sunt: diversæ autem essentiæ, & naturæ, & speciei, & generis, & formæ esse specialissimas pronunciant species. Fieri enim non potest quin species cum alia specie collata, natura cum alia natura, essentia cum alia essentia, forma cum forma, diversæ prorsus ab alia essentiæ, naturæ, & formæ esse non dignoscantur.

Scire

Scire autem necessarium est, ex duabus substantiis, id est naturis, unam compositam naturam fieri non posse. Neque enim fieri potest, ut differentiae constituentes, per oppositum modum divisæ, in uno ac eodem simul existant. At vero unam ex diversis naturis confici hypostasim compositam, nihil vetat; qua ratione homo ex anima & corpore concretus est. Quanquam enim una hominum natura dicitur: haud tamen quisque singularis homo unius dicitur esse naturæ. Nam una quidem hominum natura composita dicitur, propterea quod omnes hominum hypostases ad unam speciem rediguntur: non tamen singuli homines unius dicuntur naturæ, eo quod unaquæque humana hypostasis ex duabus naturis constet, anima scilicet & corpore; easque ambas omnis expertes confusionis in seipsa servet. Cui rei argumento est ea divisio quæ ex morte oritur.

**N**omen hypostasis duplarem habet significationem. Interdum significat existentiam simplicem: quo sensu nihil inter substantiam & hypostasim refert. † Unde etiam SS. Patrum nonnulli dixerunt, *naturas sive hypostases*. Interdum vero eam quae per se est, ac seorsim subsistit, existentiam: qua significatione individuum significat; illud, inquam, quod numero differt, ut Petrum, & Paulum & certum aliquem equum,

Illud enim nosse convenit, neque substantiam forma ac specie expertem per se consistere, neque differentiam substantialem, neque speciem, nec accidens; sed solas hypostases ac individua, in quibus cum substantiae, tum substantiales differentiae, speciesque & accidentia considerantur. Ac simplex quidem substantia in omnibus hypostatis aequa perspicitur: hoc est tam in animatis, quam in inanimatis; tum rationalibus, quam irrationalibus - tum denique in mortalibus, quam immortalibus. At substantiales differentiae,

aliae

† *Cyrill. in Schol. de Incarn.*

aliæ in viventibus sunt, aliæ in animatis; aliæ in rationalibus, aliæ in brutis; eodemque modo aliæ in mortalibus, aliæ in immortalibus. Atque, uno verbo, in cuiusque speciei specialissimæ hypostasibus eædem differentiæ sunt; ipsas quidem ratione substantiæ inter se copulantes, easdemque rursum ab alterius speciei hypostasibus sejungentes. Ad eundem quoque modum accidentia in ipsis, sive in hypostasibus, considerantur; quibus hypostasis ab ejusdem speciei hypostasibus disjungatur. Ecque nomine individuum propriæ hypostasis nomen consequutum est; in qua nimirum substantia cum accidentibus reapse consistat.

---

*De Persona.* CAP. XLIII.

**P**ersona est, quæ per suas operationes & proprietates, perspicuam, & ab iis, quæ ejusdem cum ipsa naturæ sunt, discretam nobis expressionem exhibet. v. g. † Gabriel cum sancta Deipara differens, cum unus

† *Luc.* I. 28.

unus Angelorum esset, solus illic præsens loquebatur, & a reliquis ejusdem naturæ Angelis, locali illa præsentia, ac sermone quem miscebat, discretus. † Paulus quoque, cum in gradibus concionem haberet, unusque hominum esset, per suas proprietates & actiones ab hominibus reliquis secernebatur.

Sciendum autem SS. Patres, hypostasim, & individuum, & personam pro eodem usurpasse, nempe pro eo quod per se atque in propria subsistentia, ex substantia & accidentibus constat & subsistit, numeroque differt, ac certum aliquem significat, ut Petrum, Paulum, aliquem equum. Hypostasis porro, παρὸ τὸν φεσάντας, hoc est a subsistendo dicta est.

† *Act. 21. 40.*

*De Enhypostato. CAP. XLIV.*

**Q**uin enhypostaton quoque nonnunquam simplicem existentiam significat, quo sensu, non modo substantiam absolute enhypostaton dicimus, verum etiam

tiam accidens ; tametsi illud non sit proprie enhypostaton , sed heterohypostaton , (b. e. in alio existentiam habens ..) nonnunquam vero separatam hypostasin , sive individuum , significat . Tametsi nec illud proprie enhypostaton , sed hypostasis sit ac dicatur . Proprie autem Enhypostaton est , aut quod non per se & seorsim subsistit , sed consideratur in hypostasibus (v. g. species , sive hominum natura non consideratur in hypostasi propria , sed in Petro , Paulo) ac reliquis singulorum hominum hypostasibus , aut quod cum alio , substantia diverso , ad totius ejusdam generationem componitur , unamque hypostasin compositam efficit : ut puta , homo ex anima & corpore constitutus est ; nec vero anima sola dicitur hypostasis , nec item corpus , sed dicuntur ambo enhypostata : id autem quod ex utrisque exurget , utrumque hypostasis dicitur . Etenim hypostasis id proprie est ac dicitur , quod seorsim atque in propria subsistentia existit .

Rursus autem enhypostaton dicitur natura ea , quæ ab alia hypostasi assumta , ut

in illa existat , consequuta est . Unde etiam Domini caro , cum per se ac seorsim ne momento quidem temporis extiterit , nec proinde hypostasis est ; sed potius enhypostaton quid . Quippe subsistit in Dei Verbi hypostasi , a qua fuit assumta ; eamque pro hypostasi habuit , ac etiamnum habet .

---

*De anhypostato . CAP. XLV.*

**S**ed & anhypostaton dupli modo dicitur . Interdum enim id , quod nusquam omnino est , significat : interdum vero , id quod in se ipso esse non habet , verum in altero existit ; hoc est accidens .

---

*Divisio Entis . CAP. XLVI.*

**D**ividitur ens in substantiam & accidentem : non ut genus in species ; verum ut vox æquivoca ; seu ut ea quæ sunt ab uno & ad unum .

*Divi-*

## Divisio Substantiae. CAP. XLVII.

**S**ubstantia est genus generalissimum.

Hæc dividitur

in corpus, & incorporeum:

Corpus,

in animatum, seu vivens, & inanimatum:

Vivens,

in sensibile, Zoophytum, & insensibile:

Sensibile,

in rationale, & irrationale:

Rationale,

in mortale, & immortale:

Mortale,

in hominem, bovem, equum, & his similia.

Homo,

in Petrum, Paulum, cæterosque singulos

homines; qui quidem

individua, & hypostases, ac persona sunt.

Corpus substantiæ species est, ac genus  
animati: animatum, corporis species, ac  
genus sensibilis: sensibile, seu animal, spe-  
cies animati, ac genus rationalis: rationa-

H le

Ie, species animalis, ac mortalis genus & mortale, rationalis species ac genus hominis: homo denique, specialissima species; quippe est species mortalis, Petri & Pauli nihilominus species: quæ quidem natura & forma ac substantia est, juxta quod senserunt SS. Patres.

Quæ medium obtinent locum inter generalissimum genus, id est, substantiam; ac species specialissimas, puta hominis, bovis, &c. subalterna genera, ac subalternæ species sunt. Dicuntur autem essentiales & naturales differentiæ & qualitates, quæ nimirum superiora dividant, ac constituant inferiora, formantque species specialissimas; ipsas utique constituendo, & dividendo naturam a natura. Natura porro de specialissima specie dicitur: ac quidem quid essentia, & natura, & forma sit, dictum est: quid item hypostasis, & individuum, & persona: quid etiam enhypostaton, & anhypostaton: quid præterea inter substantiam & accidens sit discriminis; quodque substantia accidentibus præfantior sit, quippe cum hæc suum esse in illa habeant.

Di-

Dictum est insuper de ipsis divisione , quidque inter substantiam ac substantiales differentias intersit , ut nimirum substantia per eas informata certam speciem absolvat , ac certam contrahat qualitatem . Dictum quoque est quid sit natura , quid forma , quid hypostasis , quid persona , quid individuum : utque cum profani auctores de his censuerint , tum SS. Patres veritatis ac veræ Philosophiarum discipuli pariter ac doctores recta tenuerint ac docuerint . Age igitur nunc quæ sunt substantiarum propria exponamus .

Proprium substantiarum est , non esse in subiecto . Nam ipsa potius accidentibus subjicitur , ut existant : ac non ipsa in alio esse obtinet . Atque proprium hoc , ad substantiales quoque differentias pertinet . Nam quod est in subiecto , nec cum adest illud servat , nec interimit cum abest : unde nec assumitur in definitione (omnino quippe accidens est .) At differentiarum substantiales , minime gentium accidentia sunt : atque & cum adsunt conservant subiectum , & cum absunt , perimunt : quo etiam no-

ni e assuntu tu in definitione.

Illud etiam substantiae proprium est, quod univoco predicitur; hoc est, & nomen, & definitionem impetrat. Item, quod contrarium non habeat. Nam lapid, hoc est, lapidis substantiae nihil contrarium est. Illud praeterea, quod nec magis, nec minus recipiat; quod etiam difscientiarum substantialium proprium est. Nec enim homo magis est substantia, aut animal, quam equus, nec rursus, equus magis, quam homo. Illud denique, quod sit capax contrariorum, idque divisim, non secundum idem, sed per sui mutationem. Contra ita autem dico accidentia: nec enim substantialium capax est. Quod namque rationis particeps est, non adnitit illud, quod ratione caret: at corpus calescit, & per mutationem frigescit; atque anima non rurquam virtutem, nonnunquam & viuum suscipit,

*Iterum, de Homogeneis, & Homoideis; de  
que Heterogeneis & Heteroideis; nec non  
de*

*de Homohypothesiis ac de numero differentiis.*

CAP. XLVIII.

**H**omogenea sunt, quæ sub eodem prædicamento collocantur, ut omnia quæ sub substantia continentur: eademque modo in aliis novem prædicamentis. Scinduntur enim, esse omnino de eorum prædicamenta; hoc est universalissima genera, ad quæ vox omnis simplex refertur. Sunt autem hæc: 1. Substantia, ut lapis. 2. Quantitas, ut duo, tria. 3. Ad aliquid, ut pater, filius. 4. Qualitas; ut album, nigrum. 5. Ubi, ut Damasci: hoc autem significat locum. 6. Quando, ut heri, cras: quod quidem tempus indicat. 7. Habere, ut vellem ferre. 8. Situm esse, ut stare, sedere. 9. Agere, ut urere. 10. pati, ut ui.

Heterogenea porro sunt, quæ sub alio & alio prædicamento continentur. Atque Homogenea quidem sunt homo & equus, nam ambo sub substantia sunt: Heterogenea autem; ut homo & scientia: nam homo sub substantia est: scientia autem sub qualitate.

H 3.

Ho-

Homoidea rursus sunt, quæ sub eadem spe-  
cie collocantur, ac essentiæ ratione inter se  
conveniunt, ut Petrus & Paulus. Ambo  
enim sub eadem hominis specie sunt.  
Heteroidea autem, quæ specie, hoc est  
essentiæ ratione, dissident, ut homo &  
equus. At vero SS. Patres, homogenea  
& homoidea, pro iis quæ δημόσια, seu  
coessentialia sunt, hoc est pro hypostasi-  
bus eidem speciei subjectis, accipiunt.

Jam vero Homohypostata sunt, cum duæ  
naturæ in una hypostasi copulantur, unam-  
que compositam hypostasim ac personam  
efficient, ut anima & corpus. Hetero-  
hypostata autem ac numero differentia,  
quæ per accidentium complexionem hypo-  
stasis sive proprietatem distinctam habent;  
hoc est, quæ accidentium ratione inter se  
discrepant, ac seorsum & per se existunt,  
velut individua; puta Petrus & Paulus.  
Alius enim hic est, & alius ille.

*De Quanto & quantitate.* CAP. XLIX.

**Q**uantitas est unitatum congeries. Nam  
uni-

unitatem nemo dicit esse quantitatem ; verum quantitatis principium . Unitate igitur & unitate in unum coeuntibus duoflunt . Ex quo perspicuum est quantitatem divisionem non esse , sed unitatum congerient ac conjunctionem . Etenim duo in unum & unum seorsim dividere , hoc proprie divisio est : at unum & unum duo dicere , connexionis potius rationem habet .

Sciendum est autem , quod quantitas est ipsa mensura & numerus (mensura utique metiens , & numerus numerans) quanta autem ea quæ numero ac mensuræ subjiciuntur ; hoc est , quæ in numerum & mensuram cadunt . Quantorum perro alia discreta sunt , alia continua . Continuum est , cum unum est quod metimur ; v. g. occurrunt unum aliquod lignum bicubitum vel tricubitum ; sive etiam lapis , aut quid simile : cumque id sit unum , metimur illud , & continuum dicitur . Discreta autem sunt , quæ inter se sejuncta sunt : ut in decem saxis aut decem palmis : hæc quippe ab invicem separata sunt . Talia

igitur numerari dicuntur, nisi ob exiguum singulorum molem, ac multitudinem modio metiamur, aut re aliqua simili, velut triticum, aut quid simile.

Continua porro definiunt, Ea, quorum partes communi aliquo termino copulantur. Nam cum lignum aliquod bicubitum sit; hoc est, duos cubitos habeat; unius cubiti finis, & alterius cubiti principium, unum est. Cohærent enim inter se atque conjuncta sunt; non autem sunt ab invicem divisa. At vero discreta ea sunt, quorum partes non copulantur communi aliquo termino; ut in decem faxis. Nam si quinque & quinque numeres, communes ternum, qui copulet, nullum invenies. Etenim si aliqui t dederis quod inter quinos & quinos medium interpolatur, jam fiunt undecim, & non decem. Quin ipsum quoque nomen continui ac discreti id ipsum declarat.

Ergo ad quantitatem discretam numerus ac oratio referuntur. per numerum porro ea intelligimus, quæ in numerum cadunt. Quæ enim numerantur; plane dis-

discreta sunt, uti jam fuit ostensum. Ac iten oratio discreta est: nam cum per dictiones numeratur, nullum communem terminum, qui partes inter se connectat, habet. Etenim ut oratio decem dictiones complectatur, easque in quinque & quinque dividit, deest communis terminus, qui eas invicem connectat. Nam si quid medium interponatur; undecim fiunt, & non decem. Eodem modo distio quoque, cum per syllabas numeratur, communis termino quo ipsae inter se connectantur, caret: ut in hac voce, *Socrates*, inter syllabas *so*, & *cra*, nullus est communis terminus, qui eas copulet.

At vero continuae quantitates quinque sunt: corpus, superficies, linea, locus, tempus. Scire quoque necessum est, punctum quantitatis expers esse. Nam nec in mensuram, nec in numerum cadit; caret siquilem omni dimensione. At linea unam habet dimensionem: est enim longitudi latitudinis expers; quapropter reducitur ad continuam quantitatem. Nam cum una sit, in mensuram cadit, ejusque

partes communem terminum habent, quo inter se connectantur; nempe intermedium punctum. Superficies autem est exterior corporis pars, quæ dicitur ἐπιφάνεια, παρεπήρη φαίνεται; hoc est, ab eo quod apparet. Habet ponio duas dimensiones, longitudinem & latitudinem. Hæc quoque cum una sit, mensuræ idoneæ est; ejusque partes habent communem terminum, quo connectantur; nimirum interiectam lineam. Sciendum est autem quod æquabilis superficies, planities dicitur: inæquabilis autem & obliqua, superficies simpliciter. At corpus, triplici dimensione constat, nempe longitudine, latitudine, ac profunditate; hoc est crassitie: cumque unum existat, sub mensuram cadit, ac partes ejus communem habent terminum, quo conjungantur; nimirum superficiem. Quin locus etiam, aeris superficies est. Nam locus tuus superficies est; hoc est, extremum aeris ambientis te: atque ut superficies est, reducitur ad continuam quantitatem. Itemque tempus metimur, nempe in præteritum & futurum; atque ipsi-

es partes communem terminum quo con-  
nectantur habent, nempe nunc temporis.  
Nunc porro quantitate caret. En igitur  
tria sunt non quanta, nimirum, unitas,  
punctum, & nunc. Ac propriie quidem  
septem hæc quanta dicuntur; numerus,  
oratio, tempus, locus, linea, superficies,  
corpus.

Ea quoque quanta per accidens dici-  
mus, quæ in illis considerantur; hoc est,  
actionem, motum, colorem, aliaque id  
genus: v. g. si multo temporis spatio  
actio aliqua ac motus fiat, multam aëlio-  
nem dicimus, ac multum motum; con-  
tra, si exi quo temporis spacio, exiguum.  
Eodem modo, si est candor in multis par-  
tibus corporis, multum candorem dicimus;  
si in paucis, paucum.

Præterea quantitas partim finita est, par-  
tim infinita. Finita est, quam metiri  
possimus ac numerare: infinita, quæ ob  
eximiam magnitudinem mensuram omnem  
ac numerum excedit; diciturque magna &  
multa indefinite. Sic diuinus, multam  
Dei misericordiam; magnum Dei Verbi

incarnationis mysterium.

Illud autem scire attinet, Aristotelem, magnum & parvum, multum & paucum, majus & minus, amplius & paucius, duplum ac dimidium, atque ejusmodi, sub iis colligare quae sunt ad aliquid. Dicimus itaque fieri posse ut eadem res, alia atque alia ratione, ad aliud atque aliud prædicamentum referatur. Etenim ea quae modo recensuimus, ut numerum & mensuram indicant, ad quantitatem referuntur: ut autem habent inter se relationem, & ut ad invicem dicta, ad aliud referuntur: si quidem magnum ratione parvi magnum dicitur, & duplum respectu dimidii; & reliqua eadem modo. Porro corpus, ut est naturale, ad substantiam spectat. Ut autem Mathematicum; id est sub mensuram cadens, ad quantitatem re luctur. Ad hæc, quantitas partim magnitudine, partim multitudine constat. Ac magnitudinem qui len metimur: numeramus autem multitudinem. Magnitudinem porro quantum sequitur; quotum autem, multitudinem.

Quan-

Quantitatis autem tria sunt propria, quæ  
quidem consequentia dicuntur. Primum,  
ut contrarium non habeat. Nam corpus,  
nihil ipsum per se contrarium habet. Qua-  
tenus autem album forte est, aliquid habet  
contrarium, nempe nigrum.

Illud porro intelligendum, binario nul-  
lum aliud numerum contrarium esse: nam  
si sit, necesse est fore multos. Omnes  
quippe alii numeri contrarii erunt: injusta-  
que natura reperietur, quæ in unum con-  
traria multa instruxerit. Neque enim fi-  
eri potest, ut uni multa adversentur.

Secundum, ut nec magis nec minus  
recipiat: neque enim duæ palmæ magis duæ  
sunt, quam duo homines. Porro quod  
contrarium non habet, nec magis nec mi-  
nus recipit.

Tertium denique, quod soli ac omni  
quanto convenit; æquale esse ac inæqua-  
le. Linea enim lineaæ æqualis ac inæqua-  
lis est.

---

*De iis quæ ad aliquid, sive de Relatione.*

**A**D aliquid ea sunt, quæ id quod sunt, aliorum esse dicuntur, vel quovis alio modo ad alterum referuntur. Atque aliorum esse dicuntur, ut pater filii (pater enim omnino filii pater dicitur) ad aliud autem, ut magnum ad parvum, ac multum ad paucum: non enim dicitur pauci multum; sed multum ad paucum.

Scire autem operæ pretium est, cum quidpiam secundum se consideratur, non esse ad aliquid: cum autem ad alterum habet habitudinem, tum demum ad aliquid dici. Hoc itaque est ex eorum esse numero quæ sunt ad aliquid; estque hæc ipsorum hypostasis seu essentia, ut ad alterum dicantur; hoc est, relationem ad alterum habeant. Mutua siquidem habitudo & relatio, ea quæ ad aliquid sunt, efficit.

Porro eorum quæ ad aliquid sunt; quædam eodem nomine efferuntur, ut amicus, amici amicus; inimicus, inimici inimicus: quædam autem diverso nomine; ut pater, filii pater; magister, discipuli magister.

Rursum, eorum quæ ad aliquid, alio

præ-

præcellentia ratione dicuntur, ut majus, minore majus. Alia, ratione judicantis & judicati; ut scientia est, ejus quod sciri potest, scientia. Etenim scientia judicat id quod in scientiam cadit; hoc est, cognitio judicat, id quod cognosci comparatum est. Sensus quoque, rei sensibilis sensus est; positio, rei positæ positio est; statio item, rei stantis statio; ac recubitus recumbentis recubitus; ceteraque ad eundem modum. Alia ratione potentiae & impotentiae. Potentiae nimirum, ut calefaciens, & quod calefit: impotentiae vero, per potentiae privationem; ut cum dicimus, impotentem esse oculum, ut orbem non stellarum contueatur. Alia denique ratione cause, & ejus quod est ex causa; ut pater, filii pater.

Hoc autem eorum quæ sunt ad aliquid proprium est, quod mutuo convertantur. Etenim amicus, amici amicus dicitur: magister, discipuli magister: itemque discipulus, magistri discipulus. Illud item, quod sint simul natura. Simul porro natura esse, est simul inferre ac simul infer-

ferri, simul tollere, ac simul tolli. Nam si pater sit, filius quoque sit necesse est: ac si est filius, necesse est ut sit & pater. E contra, si pater non est, ne filius quidem erit. Cujuſnam enim erit filius, si non est pater? si item filius non est, ne pater quidem erit. Nec enim pater est, qui filio careat. Itaque filius simul cum patre tollitur, & pater simul cum filio. Simul autem tollitur, non ejus persona, sed relatio. Nam etsi remanet qui est filius; attamen non remanet filius. Qui enim patrem non habet, qui tandem filius esse quest? Quod si etiam defuncti hominis filium dicimus, id tamen vel non dicimus proprie, sed abusive; vel hoc ita intelligimus, quod ob animæ immortalitatem non perierit pater, & in nihil abierit.

Jam vero illud considerandum est, quodvis prædicamentum universalissimum genus esse; atque genera ac species subalternas habere, nec non differentias, cum dividentes genus, tum constituentes species; ac denique specialissimas species, indivi-

dua-

duaque. Nec vero differentiae constituentes, substantiales dicuntur, præterquam solius substantiæ: nec rursus individua appellantur hypostases, nisi etiam solius substantiæ.

At neque illud ignorandum, ipsam quoque substantiam, ut quæ sit genus, & habitudinem ad alterum habeat, ad ea referri quæ sunt ad aliquid. Nam genus specierum est genus, & species sunt generis species; exque eorum numero, quæ ad aliquid dicuntur.

Insuper, ea quæ sunt ad aliquid, & convertuntur, aut in iis, quæ per se stant, & consistunt; hoc est, in substantiis habitudinem habent: aut in iis quæ per se firma & stabilia non sunt; nempe in accidentibus. Si in iis quæ per se consistunt, aut eorum habitudo naturalis est, ut pater & filii; aut non naturalis. Si minime naturalis est; aut est a fortuna, ut servus & dominus: aut ab arte, ut discipulus & magister: aut a voluntate, ut amicus & amicus; inimicus & inimicus. Si autem in iis quæ non sunt per se firma,

nempe accidentibus ; aut est naturalis , ut duplum & dimidium : aut minime naturalis , (ut magnum & parvum . Hoc enim fortis potius sit , quam naturæ . Cœterum sors & electio in iis locum non habent , quæ non sunt per se firma ; nisi quandoque aliquid videatur referri ad aliud per se consistens & firmum , ac quod forsitan per accidens prædicetur)

Enim vero oportet , ut quæ ad aliquid dicuntur , ad aliud prædicamentum prius reducantur , tanquam ipsa per se considerata ; ac tum demum , ut habentia respectum ad alterum , ad ea quæ ad aliquid sunt , referantur . Quippe prius aliquid necesse est sine habitudine ac relatione esse , ac tum habitudinem in ipso considerare .

Habitudo autem , seu relatio , alicujus ad alterum affectio dicitur , ac tanquam appropriatio eorum quæ prædicantur , vel de substantia , vel de iis quæ substantiam afficiunt . Hæc autem , aut natura , aut fortuna , aut arte , aut voluntate constituuntur .

## De Quali &amp; qualitate. CAP. LI.

**Q**ualitas est, per quam quales quidam nuncupantur. Ac rursus, qualitas est, per quam hi qui ea afficiuntur, denominatione dicuntur. Et enim, a prudentia dicitur prudens, qui habet prudenteram; & calidus dicitur, qui caloris particeps est.

Sciendum est autem, quale latius patere quam qualitatem. Nam quale, & qualitatem significat, & quod ejus particeps est, nempe qualitatis: ut calidum calorem, & quod calorem habet. Quales enim sunt, qui qualitatem habent: ut qui habent calorem, calidi dicuntur. Ita calidi, quales sunt: calor autem, qualitas. Quin persæpe etiam qualitas ipsa, quale dicitur: eodemque modo in quanto & quantitate.

Potro qualitatum, aliæ in animatis, ac ratione præditis corporibus insunt: ut scientiæ & virtutes; morbi & sanitates; dicunturque habitus, & dispositiones seu affectiones. Aliæ autem, & in animatis, & iis quæ anima ca-

xint, ut calor, frigus, forma, figura, potentia & impotentia. Atque haec partim potestate, partim aetatu sunt. Si potestate, potentiam & impotentiam efficiunt. Sin autem aetatu, vel ad imum pervadunt, ut calor tectum pervadit ignem; candor, latitum & nivem; tumque passionem & patibilem qualitatem faciunt: vel in superficie tantum; ac tum figuram & formam efficiunt. Qualitatis igitur quatuor sunt species, habitus & dispositio; potentia & impotentia; passio & patibilis qualitas; figura & forma.

Porro differt habitus a dispositione; quod habitus difficile mutari possit, ac sit diutinior, ut prudentia. Non enim cito quis a prudentia ad imprudentiam mutatur. Eodem quoque modo in scientia, ubi quis accurate aliquid sciverit; nam & in eo cognitio vix potest mutari. Habitust enim sunt, fortitudo, temperantia, justitia. Similiter quoque dispositiones sunt, quae facile mobilia sunt, ac citius immutantur, ut calor, frigus, moribus, sanitas, & alia id genus. Ut enim per ea homo dispo-

disponitur ac afficitur , ita cito quaque mutatur : nimicum , ex calido factus frigidus , & ex ægrotō sanus . Quin hæc ipsa quoque , puta morbus , sauitas , ac similia , si diuturna & ægre mutabilia sunt , in habitum transfeunt . Cœterum latius pater dispositio . Etenim animalia quidem dispositiones dicuntur : nam per eas homo certa quadam ratione disponitur ac afficitur : verum ea dispositio & affectio , quæ mutationem ægre suscipit , habitus appellatur : quæ autem facile mutatur , dispositio ac affectio tantum modo dicitur .

Secunda species qualitatis , potentia est , & impotentia : quæ quidem actu non sunt : verum naturalem aptitudinem ac potentiam , vel ineptitudinem habent . Quemadmodum dicimus , puerum quidem potentia Musicum (quamvis enim Musicam actu non habeat , sic tamen natura comparatus est , ut Musicam suscipere possit) brutum vero appellamus immusicum ; quippe quod nec actu habeat Musicam , nec eam possit recipere . Quin & durum potentiam habet , ne facile dividatur .

Tertia qualitatis species , est patibilis qualitas & passio , ut calor frigiditas , albedo , nigredo , & similia . Ac passio quidem facile abjici potest , uti dispositio : ut cum quispiam , vel præ pudore erubescit , aut præ timore pallescit . Patibilis autem qualitas ægre moveri ac mutari potest . Porro patibilia qualitatum quædam minime ortum a passione ducunt ; hoc est , non aliuade , sed per essentiam insunt ; ve- lut igni , calor , ac dulcedo , melli . Neque enim igni adventitius calor est , neque melli dulcor . Haud enim , cum prius tali non esset , postmodum calorem ac dulcedinem adscivere . Quod tamen ad humorum sensum attinet , eandem & illa passionem efficiunt . Etenim ignis , cum sit calidus , nos calore afficit : melque item , cum sit dulce , nobis dulcedinem facit : quædam item ab aliqua affectione , id est temperante , fiunt : eamque passionem nonnunquam efficiunt , qua sensus immuten- tur : quanquam non eam ipsam quam habent , passionem & qualitatem , ut sunt colores . Etenim albedo , quæ ex affectione quadam

ac temperamento contingit, passionem quidem circa visum efficit; hoc est discretionem, & expansionem, & illuminationem: nec ideo tamen passione nos afficit. Patibilis ergo qualitas, quae adventitia non est, aut in tota specie inest, quemadmodum calor in toto igne, aut non in tota, ut nigor in Æthiopibus. Neque enim omnes homines sunt nigri. Ceterum hæc nequum in corpore considerantur; verum etiam in anima.

Quarta denique species qualitatis, est figura & forma. Ac figura quidem, tum in animatis, tum in inanimatis locum habet: forma autem in animatis duntaxat. Quod si de inanimatis etiam forma, aut formosum dicitur, id non proprie, sed abusive dicitur. Quapropter latius patet figura. Nam & forma figura nuncupatur; contra autem inanimateorum figura, forma non dicitur. Porro restitudo & curvitas ad qualitatem pertinere.

Jam vero sciendum est, qualia maxima parte a qualitatibus denominative dici, ut a calore, calidum: quædam vero, etiam

equivoce , ut Musica scientia , & musica mulier : quædam denique , quanquam i& rarius , diverso nomine , ut a virtute , studiosus . Nam qui virtute præditus est , etiam studiosus vocatur .

Ne illud quidem ignorandum est , passionem duplœ esse . Aut enim eo quod jam passum quidpiam sit ; tuncque refertur ad qualitatem ; quemadmodum vestis jam dealbata , alba dicitur : aut eo quod nunc patiatur , & tum ad prædicamentum Pati pertinet ; ut quod nondum dealbatum est , sed nunc dealbatur .

Illud item noīse convenit ; qualitates corpora non esse ; sed corporis expertes . Nam si corpora essent , referrentur ad prædicamentum substantiæ . Quin etiam accidentia omnia corpore carent , nec per se existunt , nisi in substantia considerentur .

Sed & illud observandum , substantiales qualitates ad substantiam referri . Nam sunt ejus partes ; quippe quæ ipsam dividant , atque ad specierum ejus definitio-  
nen assumentur . Cui porro prædicamento totum subjicitur , ad illud quoqæ partes  
ipsi-

ipius referuntur. Etenim grave & leve, aut in mole considerantur, ut in iis quæ ad libram appenduntur; ac tum ad quantitatem pertinet: aut in substantia, ut in elementis, puta igni, ac terra; ac tum ad substantiam pertinent, ut substantiales differentes. Eodemque modo in denio & raro res se habet. Aut enim substantiæ ratione ut in elementis; ac tum ad substantiam referuntur, aut adventitiæ, ut in vestimentis, ac tum ad prædicamentum situs; quippe quæ positione existant, ac quodam partium ordine.

Tria autem sunt qualitat̄is propria, seu consectoria. Primum, ut contrarietatem recipiat; quippe calidum frigido contrarium est, & albus nigro. Secundum, ut magis ac minus admittat. Ubi enim contraria sunt, illic etiam magis ac minus reperitur. Magis porro, intensionem; minus remissionem significat. Itaque possumus dicere, hanc speciem illa candidiorē esse, & minus frigidam. Tertium qualitatis consectorium, ac maxime proprium, est simile ac dissimile. Sciendum est au-

tem figuram non habere contrarium.

(Illud notandum, non omnes privationes per modum negationis dici; verum esse nonnullas, quæ affirmatione efferventur, ut cæcitas & surditas. Rursus, non omnem speciem affirmandi modo proferi, sed etiam negandi; ut intemperantia, quæ cum species sit, non timet per affirmationis, sed per inficiacionis modum appellata fuit. Nam positio, affirmatio dicitur; ut, pulcher est. Negatio autem, inficiatio; ut, non est pulcher. Cum enim dicimus, iniquus, syllaba *in* negationem significat, uti vox, *non*)

Quod si hoc album illi albo æquale, atque hæc superficies illi superficie æquælis esse dicitur; haud tamen id ratione qualitatis, sed ratione quantitatis: quemadmodum etiam in quanto, simile & dissimile consideratur; non ut quantum est, sed ut qualitate p̄ticipat.

*De Agere & Pati.* CAP. LII.

**S**ciendum est actionem & passionem, id est

est agendi vim ac patiendi, sub qualitate contineri: agens vero & patiens substantiam quandam esse, certo quodam modo operantem, aut patientem. Agere igitur est in seipso actionis causam habere: pati autem, in seipso, & in alio patiendi causam habere; ut opifex, & illud quod efficitur. Nam opifex in se operis causam habet: opus autem, in opifice quidem principium habet; in seipso vero, aptitudinem ad patiendum. Per opificem autem hoc loco artificem intelligimus, puta fabram: per opus vero, materiam artifici subjectam, ut lignum. Ligni siquidem materia fabro subjicitur.

Eorum porro quibus agere & pati convenit; quedam simpliciter facere dicuntur, ut in artibus factivis, puta fabrili, aeraria, ac similibus, in quibus opus remanet, etiam postquam opifex ab opere cessaverit. Etenim postquam architectus finem aedificandi fecit, remanet quod extructum fuit. Quædam autem dicuntur agere, in quibus illud quod agitur non remanet, cessaente eo qui agit. Ubi enim tibicen ca-

nendi finem fecit, non manet tibiæ cantus, sed interit. Quædam denique dicuntur contemplari; ut studere Astronomiæ aut Geometriæ, intelligere, hisque similia. Sunt aliæ insuper species, quæ in inanimatis considerantur; ut in igne, lapide, ligno, & similibus. Priora igitur in his quæ ratione utuntur, locum habent. Posteriora autem, in illis quæ anima & ratione carent. Non enim ea ratione agit, qua est animatum; sed qua corpus admotum corpori.

Duplex autem categoriæ hujus est proprietas: altera, ut contrarietatem admittat. Nam calefacere, ac frigefacere inter se pugnant. Altera, ut magis & minus suscipiat. Quippe contingit, cum magis calefacere; tamen minus frigefacere: itemque magis calefieri, & minus frigefieri.

Itaque in prædicamentis omnibus considerantur agere & pati: nimis in substantia, gignere & gigni; in quantitate, numerare & numerari: in iis quæ ad aliquid, conduplicare & conduplicari: in qualitate, dealbare & dealbari; in Situ, coloca-

locare & collocari : in habere , ferre ac ferri : in ubi , continere & contineri : item in quando , continere & contineri ; in praesenti scilicet , & praterito , & futuro tempore .

*De Situ . CAP. LIII.*

**S**Itum esse , est quodammodo comparatione alterius positionem habere : velut corpus ita situm , ac taleni habens positionem , ut vel recumbat , vel sedeat , vel stet . Porro situs , tres sunt species ; nempe stare , sedere , & recumbere . Nam reatum esse , stare facit : deinceps autem , ex parte jacere , & ex parte stare , sedere efficit . At omnino jacere , recubitum facit . Porro situm esse , nec eum qui situs est , nec locum significat , sed ejus qui situs est , positionem in loco .

Eorum autem quæ sita sunt , alia naturali modo sunt sita , ut elementa in suis locis : v. g. terra , aqua aer ; ignis & similia : alia per positionem & artem , ut statua , columnna , aliasque id genus . Est &

& alia in super divisio ; nempe quod eorum que sita sunt , alia firma sint & immota , ut terra : alia moveantur , ut cœlestia corpora . Ac præterea , eorum quæ sita sunt , quædam potestate sunt sita ; quæ nimirum transmigrare possunt : quædam aeternis , ut ubicumque sita sint .

---

*De Ubi , CAP. LIV.*

**U**bi locum significat . Nam cum quæritur ex nobis , ubinam sit talis : dicimus , domi , in urbe ; hæc autem , locum significant . Species porro prædicamenti Ubi totidem sunt , quorū locorum differētia : nempe , sursum , deorsum , dextrorsum , sinistrorsum , ante , & post .

---

*De Quando . CAP. LV.*

**Q**uando , tempus designat . Nam cum ex nobis quispiam sciscitur , quando illud contigerit , dicimus , anno superiore , duobus abhinc annis ; quæ quidem tem-

tempus significant. Species porro prædicamenti quando totidem sunt, quot tempora. Tria autem hæc sunt; nempe praesens, præteritum, & futurum.

---

*De Habitu.* CAP. LVI.

**H**abitus, est substantia circumstans substantiam. Significat autem, circumdare & circumdari, sive comprehendendi, nec esse rei partem aliquam. Ac quidem active complectuntur & ambient tunica, arma, & alia id genus: passim autem, annulus, ac si quid ejusmodi exiguum est. Porro necesse est, ut & quod complectitur, quodque aliud se complectens habet, substantiae sint. Si enim alterum quidem substantia sit, alterum autem accidens, uti scientia ac sciens, minime ad prædicamentum Habere referuntur, Habere autem tot differentias habet, quot rerum differentiae sunt. Aut enim animata res est, aut inanimata. Atque rem quidem animatam habere dicimus, ut puerum, equum, & similia: inanimatam

verbo

vero, ut annulum, calceamentum, & alia id genus. Præterea dicitur Habere multis quoque aliis modis æquivoce, de quibus postea fusius differemus.

*De Oppositis.* CAP. LVII.

**Q**uidquid opponitur, vel opponitur ut res, vel ut sermo. Si ut sermo sermoni, affirmationem & negationem efficit. Atque affirmatio quidem est cum dicimus aliquid inesse alicui: v. g. Negatio autem, cum quidpiam non inesse dicimus, v. g. non est pulcher. Utrumque porro, enunciatio dicitur. Si autem, ut res opponuntur, vel dicuntur ut ad ea in quibus est conversio, efficiuntque ea quæ ad aliquid; quæ quidem mutuo se inducunt ac perimunt: vel ut non ad ea in quibus conversioni locus est, ac quæ non habent relationem. Atque illa, aut in se mutuo migrant, atque interim tamen sunt naturæ consertanea; & hæc contraria efficiunt, ut calor & frigus: aut alterum quidem in alterum migrat, alterum autem

non

non migrat in alterum ; estque alterum quidem illorum naturale ; alterum naturæ repugnat , ac tum illa efficient quæ invicem opponuntur ratione privationis ac habitus , ut visus , & cæcitas . Vetus iquidem habitus est , utpote ab Habere ; cæcitas autem , habitus privatio , nempe visus .

Contrariorum autem alia sine medio sunt , alia medium habent . Illa sine medio sunt , quorum alterum , seu unum , in eo quod est ipsum subiectum , sive iis de quibus prædicantur , esse necesse est : ut morbus & sanitas , in subiecto anima- lis corpore . Quippe omniō necesse est , aut morbum , aut sanitatem ejusmodi inesse cor- pori . Per morbum autem intelligimus non naturæ distractionem seu deprivacionem . Il- la autem medium habent , quorum alterum decesse non est inesse subiecto , seu iis de quibus prædicantur ; ut album & nigrum . Sunt namque contraria , nec tamen prop- terea hec alterum omniō necesse est corpori inesse . Neque enim , in re cor- pus , aut album esse , aut nigrum necessa-

rium est: (sunt enim corpora fusca & rufa) nisi forte alterum contrariorum alicui a natura determinate insit; uti calor igni, ac frigus nivi. Porro contraria quæ medium admittunt, partim nomina habent; v. g. quod est medium inter album & nigrum, fuscum dicitur: partim nominibus carent. Nam quod medium interpolatur inter justum & injustum non habet nomen; sed extremitati utriusque negatione inmedium ejusmodi significatur; puta, nec justum, nec injustum.

Contraria porro quatuor hæ proprietates comitantur. Prima est, ut bono quidem, malum contrarium sit: malo autem, quandoque bonum, quandoque aliud malum. Etenim temperantia intemperantia contraria est: intemperantia autem, interdum temperantia, interdum stupiditas. Est enim stupiditas, cum non moventur aut excitantur animæ affectiones. Quapropter intemperantia temperantia defectus est: stupiditas autem excessus. Porro defectus cum excessu pugnat. Secunda proprietas est, quod fieri non possit ut contraria si-

mal sint in individuis secundum idem . Neque enim Socrates simul & valere , & ægrotare potest ; aut membro eodem califeri paciter, ac frigefieri . Tertia, ut in eodem subiecto , aut genere, aut specie, aut numero sint . Genere quidem , ut in simplici corpore album & nigrum : specie autem , ut in animantibus corpore sanitas & morbus: nam de numero est perspicuum . Idem enim corpus per sui mutationem capax est contrariorum . Quarta denique proprietas, quod contraria , vel sub eodem genere sint , ut album & nigrum sub corpore: vel sub contrariis generibus , ut justitia & injustitia sub bono & malo ; quæ quidem contraria sunt : aut demum sunt ipsa contraria genera , ut bonum & malum ; quæ quidem contraria genera sunt .

---

*De Habitu & privatione . CAP. LVIII.*

**H**abitus, habiti & habentis actus seu operatio dicitur: puta, armorum & armati ; sive induentis & induti . Secundo, adventitii actus existentes durabiles, sive illi naturales

non sit aptum ut recipiat musicam: quod item locum habet, cum genus quidem rei aptitudinem habet; quædam autem species non item: v. g. animal cerneie aptum est; & tamen talpa, quæ animalis species est, cernendi aptitudine caret. Quarto, potentia secundum habitum est, abiectio. Quinto, finalis actus ac perfectientis abiectio: quod quidem superius eam, quæ per privationem & habitum fit, contrariorum oppositionem appellavimus; hoc est; potentia, tam efficientis, quam patientis. Hæc porio tribus hisce notis insignitur; ut sit, quod natura comparatum est habere, nec ullo tamen pacto habet, verum prorsus privatum est; & quando ac ubi habere natura comparatum est: v. g. † non dicitur lapidem cæcum esse; neque enim comparatus est, ut cernendi habitu polleat. Nec canem recens, natum cæcum appellamus; aut nuper editum infantem, edentulum: quia eo tempore habere visum aut dentes minime comparati sunt. Neque item pedem cæcum

K,

esse

† Basili. libr. I. cont. Eun.

les sunt, sive ad animum spectent. Naturales nempe, ut calor in iis quæ calefaciunt, animi autem, ut scientia. Tertio, quod nondum quidem habet, sic tamen comparatum est ut habere possit: quod quidem est primum significatum, ejus quod est potestate. Quarto, naturalis qualitas, id est habitus naturalis: ut calor ignis, dormientis visus. Quod quidem secundum significatum est, ejus quod est potestate (quamvis enim urere possit ignis; non tamen actu urit) primum autem ejus quod est actu. Quinto, ut actus perfectus: ut visus in actu visionis, & calor, qui jam calefacit.

Privatio autem est habitus abjectio. Itaque opponitur primo habitus significatio, animorum, sive vestitus privatio. Secundo, ad vertiorum habituum abjectio; ut cum id quod calefactum est, refrigeratur. Tertio, quod genus rei nullo modo habere comparatum est; ut infantem natura comparatum ad musicam dicimus; sicut autem nequaquam Ficus itaque privata est, quod nimis stirpium genus

esse dicimus: quandoquidem animal a natura non habet in pede videndi habitum. Cum igitur tribus his modis habere comparatum est, nec tamen habet, privatio dicitur.

---

*De Priori & Posteriori. CAP. LIX.*

**P**rioris significaciones quatuor sunt. Primo enim ac potissimum, quod tempore antecedit. Ac proprie quidem in animatis, senius dicitur; in iis autem quæ anima carent, vetustius. Improprie tamen alterum pro altero usurpatur.

Secundo, id significat, quod natura prius est: quod quidem simul infertur, sed non simul infert: contra autem simul tollit, ac non simul tollitur; ut animal prius est homine. Quippe animali sublatu, ne homo quidem erit (homo enim est animal) contra vero sublatu homine, erit nihilominus animal. Nam & equus, & canis animalia sunt. Ac rursus, si homo sit, animal simul erit (homo enim est animal) contra autem si animal sit, non propterea hominem esse necessum est; sed equum for-

fortasse, & canem, & similia. Et hæc quidem, quod spectat ad secundum illud Prioris genus.

Tertio id quod ordine prius est; ut dicimus literam, *a*, priorem esse, literam, *b*, posteriorem, ac deinde syllabas, postea dictiones.

Quarto, id quod dignitate antecellit, ut dicimus, primum Episcopus, deinde Presbyter. Quanquam nonnulli modum hunc submovent; eo quod fieri possit ut qui ordine prior est, dignitate & merito posterior sit.

Quinto, uti dicimus causam & causatum; velut Socrates imagine sua prior est; quippe qui imaginis suæ causa sit. Sed & pater filio prior ac major est: pater namque est filii causa: quippe cum filius dignatur ex patre. † Eoque etiam B. Gregorius sensu accepit, quod a Domino nostro in sacris Evangelii dictum est, *Pater major me est*.

Alii autem adjungunt id quod est cogitatione & intentione animi prius, ut pa-

ries est fundamētis prior. Cœterum re-  
ducitur illud ad quartum modum , quo  
aliquid dignitate prius est . Nam quod  
intentione prius est , hoc re ipsa posterius  
est . Quot porro modis est Prius , totidem  
quoque est posterius . Prius autem & po-  
sterius ; majus item & minus , non inter  
æquivoca recensentur , sed inter ea quæ  
ab uno sunt .

---

*De Simul.*

CAP. LX.

**S**Imul ea proprie dicuntur , quoram or-  
tus est in eodem tempore , ut cum duo  
quidam eodem temporis punto nati sunt .  
Atque hic modus primo signationum Prio-  
ris opponitur . Secundo , ea simul esse  
dicuntur , quæ iuvicen coexistunt , ita ta-  
men ut neutrum alterius causa sit , aut ab  
altero esse accipiat ; ut duplum & di-  
mendum . Simil enī coexistunt , seque mu-  
tuō iūferunt , atque pariter tollunt . Hic  
porro modis secundo modo ac quinto Prio-  
ris adversatur . Etenim in secundo , nec  
se simul inferunt , nec simul tollunt : in  
quin-

Quinto autem, alterum causa est; alterum a causa profectum. Tertio simul esse dicuntur species illae, quae ex adverso genere dividunt; hoc est, quae ex eadem divisione descendunt, velut rationale & irrationale ex animali. Hic porro modus primo & secundo, ac fere tribus aliis opponitur.

## De Motu. CAP. LXI.

**M**otus est actus ejus quod est in potentia, quatenus est in potentia, Vellut aen potest statua est. Aen quippe statuae formam potest suscipere. Aenis itaque, quod potentia statua est, in eo actus positus est, ut dissolvatur & formetur ac expoliatur: quae omnia sunt motus. In omnibus ergo predicamentis, in quibus consideratur id quod est potestate, in iisdem etiam motus considerabitur. E contra, in quibus non consideratur, id quod est potestate, nec motus quidem considerabitur. Consideratur itaque in substantia, in quantitate, in qualitate, & in praedicamento ubi. In substantia nempe, or-

ad esse. † Nam quod prius non erat, hoc oritur; interitus contra, ab esse ad non esse mutatio est. Quod vero ad accretionem & decretionem spectat; accretio est motus ad majus; decretio autem ad minus. In alteratione rursum, sunt oppositæ affectiones: puta opponitur calefactione refrigerationi, & candori nigredo. Quocirca opponuntur, interitus quidem ortui; decretio autem accretioni: alteracioni vero, tum id quod peculiariter oppositum est, tum etiam quies; v. g. calefactioni, tum refrigeratio, tum quies opponitur: nam cum res calefactioni subjecta terminum acceperit, atque ad summum calorem pervenerit, tum quiescit, & calefieri desinit. Itidem etiam mutationi secundum locum, tum contrarius motus, tum quies opponitur; contrarius nimirum motus, ut motus sursum: motui deorsum: quies vero; nam si quis glebam sursum jaciat, non prius deorsum movebitur, quam intercesserit quies aliqua. Ceterum colesti motui nullus motus contrarius est. Videtur autem,

alte-

† Arist. 5. Phis. c. 1. l. 7.

tus & interitus: in quantitate , accretio & decretio : in qualitate , alteratio : in prædicamento ubi , hoc quod est in orbem agi (quod quidem circumactio dicitur) item arecta linea moveri , quod appellatur motus rectus . Porro motus illius qui in reatum est , sex sunt modi , supra , infra , intra , extra , dextrorsum , sinistrorsum . Quare ad juncta circulatione , septem sunt motus locales . Nam quidquid mutatur , aut per se mutatur , aut ratione alicujus , quod sit in ipso ; aut certe ratione alicujus quod sit circa ipsum . Ac si quidem per se ; ortum efficit & interitum . Sin ratione alicujus eorum quæ insunt ; aut ratione quantitatis , atquæ accretionem ac decretionem facit: aut ratione qualitatis , tumque alterationem efficit . Sin denique ratione alicujus quod sit circa ipsum , motum secundum locum facit . Nam locus , nec ipsum est quod movetur , nec eorum aliquid quæ sunt in ipso , sed comitatur ea quæ moventur , & circum ipsa est .

Circa ortum autem & interitum hoc interest ; quod ortus sit progressus a non esse

ad

alteratio motus reliquos consecitari. Nam & quod procreatur, & quod interit, & quod augetur, & quod decrescit, quodque loci mutatione movetur, omnia alteratur. In naturalibus tamen motibus, quamquam alterationem reliquos motus comitari reperimus; fieri tamen potest ut res aliqua alteratione mutetur, ac nihilominus nullo alio motu moveatur; uti contingit in lapide. Hic enim calore afficitur & frigore; nec tamen augetur aut definit. Atque ita demum in motibus aliis. Quapropter, etsi alteratio reliquos motus comitatur, ipsa tamen secundum se considerari potest: hincque competitum fit illorum discrimen.

† Verum Aristoteles, hauiquaquam mutationem motum appellat. Etenim in quinto Physicorum, probavit, ortum & interitum mutationes quidem esse, non motus: eo quod motus ita fiat, ut res interim salva & incolumis maneat. Quod si alteratio ac mutatio locali duo contraria esse diximus, nempe contrarium motum

† *Arist.* *ibid.* t. 9.

tum, & quietem; utique sciendum omnino est, posse alia & alia ratione duo quædam uni contraria esse, quicq; nimis contra ia est, ut habitus, & privatio; at oppositus motus proprie contrarius est, ut refrigeratio calefactioni.

---

*De Habere. CAP. LXII.*

**H**abere octo modis dicitur. Aut enim, ut habitum & dispositionem, aut aliam qualitatem: etenim scientiam ac virtutem habere dicimur. Aut ut quantum: lignum enim tres cubitos magnitudinis habere dicitur. Aut ut substantiam circa substantiam; quod quidem est universalissimum genus. Hoc porro vel circum universum corpus, ut vestem: aut circa aliquam partem, ut annulum in digito. Aut ut partem in toto; dicimur enim habere marum. Aut ut in vase; uti amphora vinum habere dicitur. Aut ut possessio nem; domum enim, aut agrum habere dicimur. Quin & uxorem dicimur habere; & uxor item virum habere dicitur.

Videtur autem hic modus ab Habere alienus esse, quoniam conversionem admittit. Neque enim magis virum habere uxorem significat, quam uxorem virum. Neuter enim alterum exsuperat; verum æque ac sine discriminæ se se invicem habent. Quanquam autem possessor quoque prædium, ac rursus prædium possessorum habere dicatur, atque hæc inter se convertuntur; at non tamen ut vir uxorem, ac uxor virum. Etenim jus omne ac dominium in prædium possessori competit; eaque de causa, possessor potius habere, prædium autem haberri dicitur.

Hilud autem minime dubium est, quin Habere in æquivocorum numero sit censendum. Nonnulli porro ejus quod est Habere, totidem differentias esse dicunt, quæ sunt ejus quod est agere & pati. Uti enim ea quæ agunt ac patiuntur, vel sunt animata vel inanimata: eodem modo hic quoque, aut animatum est id quod habet, & habetur, aut inanimatum. Qua igitur ratione diversorum generum eadem erant differentiæ? verum responderi potest:

id

id quod est habere, aut circa totum corpus esse, aut circa partem. Atque hoc rursus, aut ad propulsandas injurias esse accommodatum, aut ad omatum.

---

*De Enunciatione, affirmatione, & negatione.* CAP. XXXIII.

**S**ciendum est, tam affirmationem, quam negationem, enunciationem esse. Atque affirmatio quidem est, quæ, quid alicui insit, id est, quid aliquis sit, significat; ut Socrates sapiens est: Socrates ambulat. Negatio autem, quæ, quid alicui non insit, id est, quid aliquis non sit, ostendit: uti, hic non est sapiens; ille non ambulat. Quoniam autem omni affirmationi, negatio; itemque omni negationi, affirmatio adversatur; negatio ea quæ affirmationi opponitur, & affirmatio ea quæ negationi adversatur, contradicatio dicitur. Porro alteram falsam, alteram veram esse necesse est.

*De*

*De Termine, & Propositione, & Syllogismo.* CAP. LXIV.

**O**bserendum est, hoc Logici muneris esse, ut de demonstratione pertractet. Demonstratio autem syllogismus est. Syllogismus porro ex duabus veris propositionibus & conclusione conflatur. v. g. ut animam immortalem esse demonstrem, ita probo: *Quidquid perpetuo motu agitur, immortale est.* Hæc est propositione. Deinde alteram propositionem adjungo, & dico: *Anima perpetuo motu agitur.* Sequitur conclusio: *Anima ergo immortalis est.* Unaquæque autem propositione ex terminis constat. Quilibet enim propositionis dictio terminus appellatur. Nam terminus est, in quem propositione resolyitur. Exempli gratia, in hac propositione; *quidquid perpetuo motu agitur, immortale est;* *quidquid*, terminus est, utpote propositionis pars: *perpetuo motu agitur*, item terminus dicitur: *immortale*, itidem terminus dicitur: ac deum, est, terminus dicitur.

Illud

Illud autem scire convenit, necessarium esse, ut propositiones omnes veræ sint, ac conclusio propositionibus respondeat. Nam si vel propositionum altera, vel conclusio, falsa inveniatur, paralogismus, hoc est captiosum argumentum, non syllogismus erit. Porro quinque ista, nempe vox simplex, nomen, verbum, dictio, terminus, nihil inter se ratione subjecti differunt, sed secundum habitudinem duntaxat: v. g. homo, ut simpliciter aliquid significat, simplex vox dicitur: ut autem subjectum, nomen vocatur: ut vero rationem prædicati obtinet, verbum: ut rursum pars est affirmationis & negationis, dictio: ut denique propositionis ac syllogismi pars, terminus appellatur.

Sciendum est autem in propositione, hoc est, in affirmatione & negatione, subiectum quidem, nomen dici: quod autem prædicatur, verbum. Exempli gratia, propositio & affirmatio est, *homo ambulat*: in ea, *homo* subiectum est, ac nomen dicitur; *ambulat* autem, prædicati rationem obtinet, & dicitur verbum. Ac rursum in his verbis,

*Socrates bonus est; Socrates subjectum est, ac nomen dicitur: bonus est, prædicatè locum tenet, ac verbum nuncupatur, ut parte affirmationis pars: tametsi alioqui apud Grammaticos, bonus dicatur esse nomen. Atque ut summarim dicam, illud omne quod est comitatur, verbum est.*

Illud item sciendum, nihil inter hæc quinque discriminis esse, nempe inter enunciationem, propositionem, questionem, instantiam, ac conclusionem. Nam cum simpliciter pronuntiatur, *anima est immortalis*; enuntiatio dicitur. Cum autem ut pars syllogismi assumitur, jam propositione est, ut cum dico. *Anima immortalis est*. Rursus cum quispiam adversus propositionem hanc insistit dicens, *Unde animam immortalē esse constat?* tunc instantia appellatur. Rursus cum inquirendi causa proponimus, *numquidnam anima immortalis est?* quæstio vocatur. Denique, cum ex propositionibus a'iquid colligitur, conclusio appellatur: v. g. *Anima perpetuo movetur: quod perpetuo movetur, est immortale: ex his propositionibus colligitur: Anima ergo im-*

immortalis est, atque haec est conclusio.

---

*Definitiones variae.* CAP. LXV.

**P**ropositio est oratio enunciativa alicujus ab aliquo; quod quidem est negatio, ut, *Socrates non ridet*: aut alicujus de aliquo; quod affirmationis rationem habet, ut, *Socrates ridet*. Terminus est, in quem Propositio resolvitur. Syllogismus est oratio, in qua positis quibusdam (hoc est, concessis) aliud necessario ex iis quae sunt posita, esse contingit, propter illa quae posita sunt. Etenim ob positas propositiones, fit conclusio, nulla alia externe petita confirmatione opus habens. Quæstio, est proposita intellectui speculatio seu inquisitio tendens ad electionem vel fugam; hoc est, ad inficiationem, vel consensum. Percontatio, est interrogatio diffusam ac prolixam responsionem postulans. Hoc enim interrogatoria oratio a percontatoria differt, quod interrogatoriam velox. (hoc est, paucis concepta) responsio sequitur: percontatoriam autem, prolixa, & multis verbis. Cha-

raeter dialogicus dicitur , qui sciscitatione & responsione conflat . Instantia , est quæ ab ipso initio orationem evenit . Antiparatastasis , id est depulsio , est quæ id quod ab adversario dicitur , ut verum quidem admittit , sed rei propositæ nihil detrimen-  
ti afferre ostendit . Lemma , id est assum-  
tum , est quod ut certum & indubitatum  
ad alicujus rei probationem assumitur . Hæ-  
resis est sententia , seu opinio multorum  
hominum inter se quidem consentientium;  
ab aliis autem dissentientium . Commu-  
nis notio , est de qua inter omnes constat;  
velut , solem esse . Thesis , est viri alicujus , sapientia ac eruditione insignis aliena a communi existimatione opinio ; id est ,  
nova quædam , insolensque conceptio : ut illud Parmenidis , qui Ens unum esse dicebat : illud item Heracliti , qui omnia  
moveri afferebat .

Commune , est quod in multis consi-  
deratur ; aut quod de multis prædicatur . Commune autem quatuor modis dicitur : nempe , aut quod in partes dividi potest , ut terra quæ in plures hæredes distribuitur .

Aut

Aut quod sine divisione in communem usum adhibetur, non tamen uno eodemque tempore: ut servus unus, aut unus equus duorum dominorum, nunc hujus, runc illius imperium exsequens. Aut quod licet occupatione priorum usurperur, in commune tamen remittitur, ut locus in theatro, vel in balneo. Aut denique, quod indivise ad communem & eandem intelligentiam profertur; ut praeconis vox. Atque hoc modo in æquivocis & univocis debet accipi quod dicitur; *Quorum nomen est commune*. Per se, est quod primum ac per essentiam alicui inest, ac non per accidens, ut esse rationale, homini. Universale est, quod multa significat; ut homo, animal, substantia. Per accidens, est quod potest alicui inesse, vel ab esse; ut homini ægrotare, vel sanum esse. Facere dicitur in artibus effectricibus, in quibus remanet res quæ sit, ut in fabrili, & similibus. Absoluta enim effectione, remanet lectus. Agere autem dicitur in iis in quibus non remanet opus, idest quod sicut effectum, ut in tibiæ ludo, & saltatione.

tione. Contemplari dicitur, intelligere; Astronomiæ, Geometriæ ac similibus operam dare

*Ἐπίνοια*, vel subtilem considerationem, vera doctrina duplice esse pronunciat. Altera enim est, velut *ἐπέννοια* quædam, ac *ἐπενθύμησις*; hoc est, accuratior quædam ac secunda cogitatio, quæ totam & implicatam rerum speculationem, atque cognitionem explicat, ac declarat: ut quod sensui simplex videbatur, per longam & curiosam mentis indagationem varium & multiplex esse appareat v. g. homo qui simplex esse videtur, subtili cogitatione duplex intelligitur; ex corpore scilicet & anima concretus. Altera autem figmentum est cogitationis animi, per conjunctionem sensum ac facultatis imaginantis, ex his quæ sunt, ea quæ non sunt componens & aestimans, cuiusmodi est Hippocentaurorum, & Sirenarum, & Tragelaphorum fabulosa confictio. Universorum enim partes accipiens, atque ex partibus aliud quidpiam componens, arbitratu ac libitu suo, ea quæ nullo modo conspicuntur in rerum natu-

natura, aut existere intelliguntur, in animi cogitatu ac rationibus finxit, subindeque in materia concinnas, simulactra idoneaque formavit. Hec autem, simplex cogitatio dicitur.

(Garrulitas, est, dum quis ea quæ in aliquo continentur, de eo quod continet, enunciatur ac prædicatur. v. g. in homine animal & bipes continentur, & in Socrate album & musicum. Si quis ergo ea de homine, aut de Socrate prædicet, hoc modo, homo est animal bipes : Socrates est quiddam musicum, album, ille nugatur & gamit, idem multoties repetens. Hæc enim nugacitatem & garrulitatem promunt: quoniam hæc complectitur homo & Socrates, adeo ut qui ea affirmaverit, & ipsa simul declarasse censeatur.

Habitudo est & propinquitas, & amor sive amicitia, & possessio, & participatio, & conjunctio. Habitudinem vocamus, rei aliquius cum alia connexionem, & consuetudinem, & affectionem; quæ, tum ex loco eodem originem habet, tum per respectum ad locum eundem; ac etiam eo

quod in eodem loco consistant. Scire autem expedire, quod in quatuor hominibus sex habitudines reperiuntur: prioris erga tres alios, atque adeo jam tres habitudines considerantur; secundi erga duos, sicque quinque sunt: tertii erga unum: ex quo contigit, inter quatuor habitudines sex reperiri: at vero inter quinque homines decem habitudines esse.

Unio fit variis modis. Aut enim per conspersionem, ut in diversis farinis, quæ in unam massam commiscentur. Aut per agglutinationem, ut in ære & plumbo. Aut per coagulationem, ut in faxis, & lignis. Aut per confusionem, ut in iis quæ liquefunt, & in metallis: in illis nimirum, ut in cera & pice, aliisque ejusmodi: in his autem, ut in auro, & argento, aliisque id genus. Aut per mistionem, & temperationem, ut in liquidis; pura vino & aqua, aut vino & melle. (Aut per cælitionem; ut in iis quæ prius avulsa sunt, & postmodum restituuntur. V.g. cum fax ab igne procedens, iterum igni redditur.)

At

At vero unio quæ per compositionem fit, est partium inter se, sine ullius detrimento, commeatio; ut in anima & corpore. Quam quidem unionem quidam Patres temperationem ac commissiōnem dixerunt; atque etiam συμφύαν, id est: naturalium velut concretionem quandam ac connaturalitatem. Sciendum est autem, nonnullos Patres commissiōnis vocabulum istud in Christi Mysterio minime admississe; at unionem secundum compositionem, omnes ad unum recepisse, Unio autem Hypostatica ipsa est, quæ ex compositione exurgit. Est itaque secundum hypostasim unum, quod ex diversis naturis constat. Rursumque, per hypostasim unum illud est, quod ex duabus rebus, in una tamen persona agnoscitur. Ac denique unio per hypostasim, est natura accedens ad aliam hypostasim.

Temperatura autem est corporum appositi, ac mutua qualitatum permeatio. Ac rursus, mixtio est corporum qualitates sicut in se invicem commiscentium conjunctio. Mixtio est substantiarum natura di-

verarum concursus, & qualitatum quæ illis insunt, mutua incurſio.

Est etiam unio quæ per juxta positionem fit; estque similis illius quæ fit per coaptationem.

Rursum personalis unio dicitur, cum quis alterius personam subiens, ipsius loco, pro ipso verba facit. Ac præterea, unio est affectionis, ut amici ad amicum. At Nestorius alias uniones commentatus est, nempe secundum dignitatem ac honoris æqualitatem, & voluntatem eandem, complacentiamque, & nudam nominis communionem.

Sciendum est autem, in unione hypothetica, res spiritales hanc secus illis uniti, quæ ipsas possunt suscipere, atque ea unitur quæ simul corrumpuntur & intereunt: unitas autem, inconfusas manere, ac expertes corruptionis nihilque deniatatis secundum qualitates, uti ea quæ adjacent. Eiusmodi enim spiritualium rerum seu earum, quæ in intellectu cadunt, natura existit.

---

*Adbuc de Unione secundum hypostasim.*

CAP. LXVI.

**I**llud scire attinet. Unionem secundum hypostasim, unam rerum coniunctarum compositam hypostasim efficere, naturas eas quæ ad unionem convenerunt, earumque distinctionem, ac naturales proprietates confusionei omnis ac mutationis expertes in se retinentem, ipsam autem nullam ad seipsum hypostaticam differentiā habere. Quippe ipius sunt utriusque eorum, quæ ad unionem coierunt, characteristicā distinguentia, per quæ utrumque ab iis quæ ejusdem speciei ac naturæ sunt, secernitur, ut in anima & corpore. Etenim una quidem **ex** utrisque; puta Petri, aut Pauli, composita hypostasis efficitur cœterum in seipso naturas ambas, hoc est animæ & corporis, earumque distinctam cuiusque rationem ab omni permistione alienam; atque item proprietates, ab omni confusione remotas, salvas retinens, habet nihilominus in seipso characteristicas

utri-

utriusque proprietates ; puta animæ , quæ eam a reliquis animabus separent ; itemque corporis , quæ ipsum a cœteris corporibus secernant : nec ullo tamen modo animam a corpore sejungant ; verum uniant & copulent , simulque unam ex ambabus compositam hypostasim a reliquis ejusdem speciei hypostasibus dirimant . At postea quan se vel nature hypostaticam unionem suscepint , divisionis prorsus expertes manent . Nam etsi anima in morte a corpore divellitur , utriusque tamen hypostasis una eademque perseverat . Hypostasis enim est rei cuiusque secundum seipsum in primo illius ortu constitutio , aut etiam compositio . Quapropter anima & corpus unum i' enique existentie suæ principium re'inent , etiam si alterum ab altero disjungatur .

Illud autem observandum , naturas quidem secundum hypostasim inter se unii posse , ut in homine : itemque naturam ab hypostasi assumi , & in ipsa subsistere posse ; quæ quidem ambo in Christo intueri licet . Nam in eo naturæ , divina nimi-

rum

xum, & humana, copulatæ sunt: atque in Dei Verbi hypostasi, quæ prior existebat, animata ipsius caro subsistentiam naœta est, eamque hypostasim habuit. At vero, ut ex duabus naturis natura una comp̄ sita, aut ex duabus hypostasibus una hypostasis efficiatur, omnino fieri nequit: propterea quod contrariæ substanciales difierentia in una eademque natura simul esse non possunt. Siquidem earum munus est, naturas eas, quibus insunt, ab invicem dirimere. Ac rursum fieri non potest, ut quæ semel separatim ac per se extiterunt, principium aliud subsistendi & hypostasis habeant. Hæc enim nihil est aliud quam per se ac seorsim existentia. Sciendum potro in S. Trinitate, hypostasim modum esse principii expertem sempiternæ cujusque existentia.

Illud autem scire convenit, quod cum composita aliqua natura fit, debere partes esse simul tempore, atque ex aliis aliud perfici, adeo ut non servet, sed potius immutet, & in aliud convertat ea ex quibus compositum est. Ut cum ex quatuor ele-

men-

mentis corpus efficitur, aliud ex aliis sive  
ac neque ignis perfectus, neque ullum ali-  
ud elementum est aut dicitur. Et sicut  
ex equo & asina mulus gignitur. Neque  
enim mulus, equus aut asinus est vel di-  
citur; sed aliud ex aliis, neutrum retinens  
inconfusum & invariabile, eorum ex qui-  
bus concretus est & coaluit.

*Sex Philosophiae definitiones . CAP. LXVII.*

**P**Hilosophia est cognitio eorum quae sunt  
secundum quod sunt, id est naturae i-  
psorum. Philosophia est rerum divinarum  
humanarumque cognitio. Philosophia est  
cura & meditatio mortis, tum ejus quae  
sub electionem cadit, quamquam naturalis  
est. Philosophia est assimilatio cum Deo,  
secundum quod homini possibile est. Deo  
autem similes evadimus ratione justitiae,  
sanctitatis, & bonitatis. Justitia quidem  
in æquabili distributione versatur, hoc est,  
ut nec injuriain inferat quispiam, nec cuius-  
quam personam in judicio suscipiat, sed  
unicuique prout gessit rependar. Sancti-

tas autem , quæ cum bonitate incidit , super justitiam assurgit . & in eo sita est , ut quisquis Iæsus est , patienter ferat , atque iis , a quibus Iæsus est , ignoreat , in eo & illos bonis afficiat . Philosophia est ars artium , & scientia scientiarum . Omnis enim artis principium est Philosophia ; quippe cum per eam ars omnis inventa sit . Philosophia est amor sapientiæ . Sapientia autem vera Deus est . Quocirca charitas erga Deum , ipsa vera Philosophia est .

Dividitur porro Philosophia in contemplativam & activam . Contemplatrix , in Theologiam , Mathematicam , & Physiologiam : Mathematica , in Arithmeticam , Musicam , Geometriam , & Axionomiam . Activa rursum , in Ethicam , Oeconomiam & Politicam . Ad contemplativam itaque rerum corpore & materia vacantium pertinet consideratio , Dei videlicet , qui præ cœteris & proprie incorporeus & immaterialis est ; deinde Angelorum , ac dæmonum , & animarum : quæ etiam ipsa , si corporis habeatur ratio , a materia remota dieuntur , tametsi aliqui , si cum eo quod

quod proprie materia caret: hoc est cum Deo, conferantur, materia constare censemantur. Atque de his agit Theologia. At vero materiæ copulatarum rerum naturam speculari, v. g. naturam animantium, plantarum, lapidum, & aliorum id genus, ad Physiologiam spectat. Ea autem contemplari quæ medium obtinent locum, quæ nimis nonnunquam in materia, nonnunquam extra materiam considerantur; Mathematicæ proprium est. Numerus enim per se quidem materia vacat; attamen in materia deprehenditur, puta in frumento, aut vino. Dicimus siquidem, decem modii tritici, & decem sextarii vini. Quod etiam in cœteris Mathematicæ speciebus eodem modo locum habet. Activa mores colit, & quo pasto vita ratio instituenda sit, edocet. Ac si quidem unum duntaxat hominem erudit, Moralis, seu Ethica dicitur; si universam dominum, Oeconomica; si integratam civitatem, Politica nuncupatur.



---

*De Methodis quatuor Dialecticis.*

**S**ciendum est quatuor esse Dialecticas methodos, id est Logicas; divisionis, quæ nimirum genus in species per differentias interjectas & medias dividit; definitionis, quæ ex genere & differentiis, per priorem illam divisim, subiectum definit; resolutionis, quæ compositiora in simpliciora resolvit; hoc est, corpus in humores; humores in fructus; fructus in quatuor elementa; elementa denique in materiam & formam: demonstrationis, quæ per medium aliquid probat subiectum argumentum. v. g. propositum mihi est demonstrare animam esse immortalem: sumo aliquod medium, nempe, *agitari perpetuo motu*; atque ad hunc modum argumentor. *Animæ perpetuo motu agitur: quod autem agitur perpetuo motu, immortale est: ergo anima est immortalis.*

Sciendum est autem syllogismos, partis demonstrantis esse. Neque illud ignorandum est, triplicem esse resolutionem.

M

Alia

Alia enim naturalis est, ut ea de qua loquuti sumus: alia Logica, ut cum syllogismum in figuram suam resolvimus: alia Mathematica, cum id de quo quaeritur, tanquam certum ac concessum sumimus, atque ad aliquid, de quo nulla dubitatio sit, pervenimus, unde id quod propositum est, colligitur. v. g. quæstio hæc proponatur, *utrum anima immortalis sit?* quæsitum illud tanquam certum & indubitatum sumo, ac dico. Quandoquidem immortalis est *anima*, est profecto tam bonis, quam improbis actionibus merces constituta. Quod si merces constituta est, sane est qui judicium subeat, & qui judicis obeat partes: esse quoque cui rebus humanis provideat, & providentiam necessum est. Ad providentiam itaque pervenimus; quæ quidem apud omnes extra dubitationem est. Atque hinc per compositionem sic disputo: quoniam providentia est, & judex, sunt quoque præmia & pœnæ. Quia autem sunt præmia & pœnæ, est etiam de quo judicium feratur. Cum ergo sit de quo judicium feratur, immortalis anima sit necesse est.

*FINIS DIALECTICÆ.*



SANCTI JOANNIS DAMASCENI  
PHYSICA.

*Dictionum solutio. CAP. I.*

Necessitas violentiae causa est.

**E**lementum communiter sumitur pro eo ex quo præstituto fit aliquid, & in quod resolvitur. Proprie<sup>t</sup>e vero elementum dicitur, id ex quo corpus constituitur, & in quod resolvitur; qualia sunt, ignis, aqua, aer, terra. Ignis est corpus subtilissimum, & calidissimum, ac siccissimum. Terra est corpus siccissimum & gravissimum. Aqua est corpus humidum ac frigidissimum. Aer est corpus humidissimum & molle. Orsus est motus secundum substantiam, a non esse ad esse. Interitus & corruptio, motus est ab esse ad non esse. Augmentatio est motus in re quanta secundum magnitudinem. Decretio est motus in re quanta secundum minorationem, seu diminutionem. Alteratio est motus in re qualitate affecta, secun-

dum mutationem. Circumactio motus est circa eundem locum. Motus spontaneus, est animæ motus, qui & in animantibus reperitur. Tempus est mensura motus, & numerus prioris & posterioris in motu. Dies est motus Solis circa terram: aut etiam, est tempus quo Sol supra terram movetur. Nox est umbra corporis terræ, seu tempus quo Sol sub terra movetur. Νυκτιπερον, id est diei noctisque spatium, est orbis circumvolutio. Mensis est tempus a coniunctione lunæ cum sole, ad aliam proxime sequentem coniunctionem. Annum est tempus quo Sol Zodiacum orbem peragrat. Oppositunitas tempus est rei prosperæ peragendæ. Intemperie vitas opportuni temporis omissione est, præ vehementiori in re optata prosequenda desiderio. Et sunitur, vel pro quarta anni parte, vel pro duodecima diei parte, vel pro animi vigore, vel pro corporis flore. Ver est tempus in quo dominatur calor. Autumnus tempus est in quo viget siccitas. Hyems tempus est in quo frigus prævallet. Earbara stella est ignis in syderis speciem

congeries, eminus radios vibrans. Cometa est stellarum concursus ignis figuram referens, comæ capitis initar, circumcircum radios emittens. Trapes est contus, sideris speciem referens, seu tignum igneum, radium sursum emittens. Lampas est accessio & congeries ignis. Iris est insignis representatio Solis in nube concava & roscida, in orbis modum rotunda apparens, ad aspectum sydeiis velut in speculo proper aeris condensationem expressa! Parelius est nubes rotunda, densa, Soli non absimilis; seu est representatio Solis in nube densa, atque onni ex parte plana. Flumen est filatus in vorticis modum, flameum imprimens motum, desursum deorsum ab accesso igne depulsus, cunctaque circumcircum comburens. Typhon vorticiferus motus est aeris caliginosi, desursum in terram emissus. Prester est motus vorticiferus splendidi aeris desursum delatus. σκηντὸς, sceptus est fulmen seorsim a nubibus. Grando est aqua penitus congelata, supra terram addensata. Glacies est aqua congelata in terra. Nix est aqua gelu.

gelu semiconcreta, e nubibus in terram delata. Pruina est aqua gelu concreta, per materiam humidam alteram in terra addensata. Imber est aqua copiose e nubibus decidens. Pluvia est roris congeries. Ros est stellarum multarum humor. Nebula est opacitas nubi prævia. Vapor est exhalationum circa terram copia. Lacus est aqua multa dulcis & conferta, concava decliviaque loca dense invadens. Mare, est aqua salia & amara, concavos ac profundiores terræ sinus implens. Scatebra est emergens fontis principium, sive etiam aqua ex eversione terræ quasi procreata ac emergens. Terræ motus, est vehemens venti motus terram subiens, eamque concutiens. Pyrocrater est orificium, seu foramen, ac spiraculum per quod subterraneus ignis foras erumpit. Lyxa est instrumentum fidibus instructum.

*Hactenus secundum editionem Venetam; sequentia vero capita, ut in Parisiensi continentur, subjiciemus.*

---

*De naturalibus principiis & causis. CAP. II.*

**O**Mnis causa etiam principium est: non tamen contra omne principium etiam causa est. Prius autem de principio, quod eodem modo, quo causa, dicitur, est differendum. Principium itaque id dicitur, ex quo aliquid fit, ut materia, ex qua prius existente quidpiam efficitur. Verbi gratia, ligna & lapides donius principia sunt. Id secundum quod, ut forma & figura, atque omnino species. Id a quo, ut natura rerum natura constantium principium est, & ars earum rerum quæ artis industria efficiuntur. Id propter quod, seu, cuius causa, ut victoria certaminis principium est. Siquidem victoriæ causa certamina suscipiuntur. Quin de Platonis sententia principium etiam est id per quod, ut instrumentum. Id item, ad cuius similitudinem aliquid fit, ut exemplar. Eodem scilicet modo causa etiam id dicitur, ex quo aliquid fit, ut materia. Id secundum quod, ut forma. Id a quo, ut effici-

efficiens. Id propter quod, ut finale. Id per quod, ut instrumentale. Id ad cuius similitudinem, ut exemplar. Nam juxta hos causae & principij significatus, subjecti quidem ratione unum idemque sunt principium & causa, cogitationis autem respectu inter se differunt. Etenim principium, quatenus antecedit, cogitatur: causa autem, quatenus aliquid post illud molitur ac perficit. Quamquam aliqui & causa, potentiae ratione, vim principij habet: ac rursus principium, si potentiam spectes, perficiendi facultatem. Harum autem causarum, quas prius recensuimus, alias proprie causae dicuntur: alias, causae adjuvantes. Causae proprie dictae, sunt haec, efficiens, finalis, & exemplaris. Causae adjuvantes, materialis, formalis, instrumentalis. Interest autem inter eam causam, quae proprie est, & inter causam adjuvantem. Causa etenim id habet, ut ab eo quod efficit, omnino separata & secreta sit. Causa autem adjuvans, in ea re, quae efficitur, consideratur. Ac proinde causa efficiens, & proprie & primarie diuina mens est. Finalis

nalis autem, ipsius bonitas, ob quam ea omnia, quæ condita sunt, efficit, ut agnoscatur ac prædicetur. Propinqua autem causa efficiens, natura dicitur: Quam rete Plato instrumentalem potius causam esse censet: quippe quæ ab altero quidem moveatur (nimis a diuina mente, quæ de quocumque mutationis genere loquamus, a motu aliena est) alia autem moveat, hoc est corpora natura constantia. A quibus cum sejungi nullo modo queat, merito proinde adjuvans potius causa, quam proprie causa dici possit. Jam vero exemplarem causam, quemadmodum & exemplare principium, substantiae parentes & effectrices rerum rationes, que in architecta mente simpliciter ante extiterunt, esse didicimus: ad quas, tanquam ad exemplaria omni ævo antiquiora res omnes conditæ a diuina voluntate rerum omnium effectrice numeris omnibus absolute sunt. Principium insuper dicitur id a quo, hoc est unde primus motus oritur. Cui scilicet principii significacioni finis opponitur. Quippe juxta hunc principii significatum, hoc est id a quo,

viæ principium primus gressus dicitur: na-  
 vis principium, carina: domus, fundamen-  
 tum: orationis, exordium: stirpis, radix:  
 animantis, cor. Verum hæc, ut antece-  
 dentes partes, principia vocantur. At ita  
 iam non ut partes, principia dicuntur,  
 nempe, lineæ principium, punctum: su-  
 perficiei, linea: corporis, superficies. Ac  
 rursus temporis principium, momentum  
 est. Eodem modo motionis principium est  
 id, quod κίνησις, hoc est punctum mo-  
 tus vocatur. Porro rei omnis continuæ,  
 hoc est lineæ, superficiei, corporis, tem-  
 poris, & motus, duplex principium esse  
 videtur. Est enim principium id quoque  
 quod in re continua antecedit: quod qui-  
 dem etiam infinitam est, quoniam pote-  
 state in infinitum diuidi potest. Est rur-  
 sus principium, quod nec ut pars est nec  
 æque ac totum, velut ante a nobis com-  
 memoratum est. Quale porro continuæ  
 rei principium est, tales quoque finem  
 congruenti modo accipi necesse est. Ver-  
 bi gratia, lineæ principium est punctum:  
 & finis item punctum. Quod si antece-  
 dens

dens linea pars tanquam ipsius principium sumatur, extrema quoque linea pars ut finis ipsius accipietur. Atque eodem modo in omni re continua res se habet. Præterea, temporariæ cujusque natuitatis principium, est ipsum tempus, in quo res primum fieri cœpta est, quod ne definire quidem facile est: quoniam quælibet pars cujusvis rei continua potestate in infinitum diuiditur. His ad hunc modum distinctis, jam naturalium corporum principia & causas, ex quibus primum orta sunt, & in quæ ad extremum rursus dilabuntur, inuestigare oportet. Quoniam igitur id quod oritur, non ex quolibet, sed ex contrario oritur, ac rursus non in quodlibet, sed in id quod contrarium est, occidit (verbi gratia, ex eo quod Musica priuatum est, fit id quod Musicum est: ac rursus in id, quod Musica priuatum est interit) sane ex contrariis ea, quæ prima, & suprema cogitari possunt, corporum etiam, quæ generationi subjiciuntur, prima-ria principia erunt. Quare cum ex omnibus contrariis forma & priuatio prima, & supre-

suprema cogitentur, prima quoque rerum natura constantium principia sint necesse est. Quandoquidem autem ea que contraria sunt, in subjecto cognoscuntur, ac cum sejuncta sunt, alterum ab altero vicissim affici nequeunt, (Siquidem oportet ut quid afficitur, remanendo afficiatur. contraria autem minime sese mutuo expectant, verum in subjecto alterum in alterum agere possunt. Etenim id quod Musica priuatum est, & quod Musicum est, si seorsim considerentur, a se invicem affici nequeunt, nisi in subjecto sint, puta in Socrate, vel Platone) proinde forma & priuatio subjecto quodam prorsus opus habent, in quo ipsa in se inuicem agere queant. Nam cum neutri contrariorum subjectum aduersetur, utrumque certe contrarium sustinebit. Hoc porro subjectum est informis & qualitatis expers materia, quæ quidem prium subjectum est primis contrariis accommodatum. Quocirca ortus rerum naturalium tria prima principia sunt, forma, priuatio, & materia. Verum, forma quidem & materia, principia per se intel-

intelliguntur: quia materia formæ subjicitur, nec ei aduersatur. Eoque etiam nomine accedentem eam sustinet: imo, ut rectius loquar, eam appetit. At priuatio, cum formæ aduersetur, atque ita compara-ta sit, ut cum ea societatem coire requeat, accedente ea discedit. Ac proinde privatio ex accidenti duntaxat principium esse intelligitur: ut quæ tantum modo generationem antecedat. Neque enim sublata privatione generatio esset: quandoquidem id quod oritur, ex eo quod non ejusmodi erat, verum esse aptum erat, oritur. Quod si privatio non ex accidenti, sed per se principium esset, subiectum profecto per ipsius abjectionem interiret, siquidem esse ipsi simul cum privatione es-set, materia quippe forma privata esset. Itaque tria quodammodo naturalium rerum principia considerantur, ac quodammodo rursus duo: nempe quia privatio ex accidenti principium est, ac non per se. Alia autem est ea privatio, quæ in Categoriis habitui opponitur, ut cæcitas visui: quæ quidem ne ad habitum quidem unquamredit

redit, estque etiam ipsa qualitatis quodammodo particeps, tinctaque ea forma, cuius privatio dicitur. Alia autem rurius haec privatio, quae ad habitum revertitur, ei-que adversatur, non ut privatio habitui (etiamsi aliqui privationis nomen habeat) sed ut quies motui, atque, ut uno verbo dicam, tanquam ea quae inter se contraria sunt. Nam quae contraria sunt, aut species sunt, & ambo, ut frigus & calor, aut alterum prorsus ab altero cadit, natura tamen ita comparatum est, ut ad formam revertatur. Cum autem non eam naturam habet, ut revertatur, tum demum vere privatio est. Haec porro formae opposita privatio cum aptitudine ad formam consideratur, quemadmodum & quies cum aptitu-dine ad motum. Quies enim est, cum res ea motu vacat, quae ita natura comparata est, ut moveri queat: privatio item absentia in eo quod natura comparatum est. Itaque qua ratione contraria inter se oppo-sita sunt, privatio formae opponitur: ira ut per mutuam harum inter se mutationem ortus & interitus efficiantur. At, dicit quis-

quispiam, cum contraria sub eodem gene-  
re censemantur, forma autem & privatio in-  
ter se contrariae sunt, quid tandem affetti  
potest, quin sub eodem genere continean-  
tur? Ni nimirum, ea demum contraria sub  
eodem genere sunt, quæ & species sunt,  
& ambo sunt, quemadmodum frigus & ca-  
lot. Quia autem alterum proflus ab  
altero cadit, ea ad idem genus referri nihil  
necessè est, quemadmodum, ut absolute di-  
cam, substantiæ privationem & substantiam.  
Illud enim non est: hoc est. Ejus autem  
quod sit, & ejus quod non sit, quo tan-  
dem pacto commune genus esse possit?  
Quamobrem minime sequitur, si forma es-  
sentiæ quædam sit, privationem quoque  
omnino essentiam esse. Nam forma, quo-  
niam accedente materia compositam essen-  
tiæ conflat, prouide essentiæ quoque ali-  
qua fuerit: at privatio, cum compositam  
essentiæ dissolvat & ad interitum perdu-  
cat, quî tantam essentiæ esse queat? For-  
ma sane essentiæ potius fuerit quam acci-  
dens, etiamsi in subiecto, hoc est in ma-  
teria, cognoscatur: quia videlicet composi-  
tam

tam essentiam simul cum materia efficit,  
parsque ipsius existit, ut etiam materia.  
Atque hoc nomine forma & accidens in-  
ter se differunt (etiamsi alioqui ambo in  
subjecto esse dicantur) quod accidens, ad  
essentiam adjunctum, aliquid compositum  
cum ea efficere potest, quemadmodum &  
privatio, cum aliquid compositum cum  
materia efficere nequeat, materia accidens  
est. At forma, si materia accesserit, com-  
positam substantiam efficit. Ex quo fit,  
ut accidens non sit. Quod si cui hoc mi-  
rum videatur, cum essentiæ nihil sit con-  
trarium, me tamen formæ contrariam es-  
se privationem affirmare, sic respondeo,  
huic demum essentiæ nihil contrarium esse,  
quæ nunquam in subjecto consideratur: for-  
mam autem, qua ratione in materia tan-  
quam in subjecto agnoscitur, hac quoque  
ratione cum privatione pugnare. Deinde  
ne proprie quidem essentiam esse hujusmo-  
di formam, ut nec materiam. Nam si  
aliud sunt elementa, aliud ea quæ ex ele-  
mentis constant (neque enim carnis ele-  
menta carnes sunt) liquet profecto ne essen-  
tia

tiæ quidem elementa , hoc est formam & materiam , essentias proprie esse , qualis est ea , quæ ex ipsis existit . Verum quoniam essentia intentionis & remissionis ratione dicitur , erunt quodammodo hæ quoque essentiæ , composita tamen deteriores , atque ut ita dicam , essentiales , non autem essentiæ , quandoquidem & corporeæ , non autem corpora . Quæ cum ita se habeant , ratione quadam forma magis essentia esse videtur : ac quadam rursus , materia . Nam stabilitatis ac subjecti ratione , forma magis essentia esse censetur , quam materia . Quatenus autem unicuique rei per formam suum esse est (per quam etiam scilicet ab aliis rebus discrepans , in propria natura consistit) haec tenus forma magis essentia esse existimatur . Iam vero aliud est corporum natura constantium principia inuestigare , ex quibus aliquid non ex accidenti , sed per se extitit : aliud , mutationis duntaxat principia indagare . Priore enim modo privatio principium & causa ex accidenti est , ut in ea re , quæ oritur , minime existens , imo etiam ab ea disjuncta

Etia. Nam forma & materia in ea re ,  
 quæ oritur , insunt : ac propterea elemen-  
 taria quæ rerum earum principia dicun-  
 tur , quæ sub ortum cadunt . Elementa  
 enim in ea re , quæ ex elementis confla-  
 ta est , inesse necesse est . At posteriore  
 modo privatio non tantum ex accidenti  
 principium & causa est , sed etiam per se  
 ac separatim . Ut enim forma mutationis  
 in ortum causa est : ita mutationis in nihi-  
 lum , privatio . Ex quo perspicuum est ,  
 unam & eandem rem , contrario modo  
 affectam , contrariarum rerum causam effi-  
 ci . Etenim forma , cum adest , genera-  
 tionis causa per se est : cum autem abest ,  
 interitus causa est ex accidenti . Privatio  
 contra , cum adest , interitus causa per se  
 est : cum autem abest , ortus causa ex ac-  
 cidenti . Vel , ut rectius dicam , privatio ,  
 tum cum adest , tum cum abest , ortus cau-  
 sa est ex accidenti . Cum adest scilicet ,  
 quoniam id quod oritur , ex eo quod non  
 eiusmodi erat , creari necesse est : cum au-  
 tem abest , quia abscedente ipsa , forma in-  
 nascitur .

---

*De materia & forma & privatione.*

## C A P. T I I.

**E**orum quæ proprie fiant, quædam ut simplicia fiant, quædam ut composita. Composita quidem, per compositionem, ut domus: simplicia autem, partim velut penitus, partim leviter ac velut superficiarie. Ac quidem ea quæ leviter ac superficiarie fiant, per figuræ commutationem fiant: ut cum ex globo statua efficitur, aut simpliciter ex are. Eorum autem quæ per penitus fiant, alia in universum fiant, ut homo ex semine commutationem subeunte: alia particulatim. Atque ex his rursus, alia per adjectionem, ut ea quæ augentur: alia autem per detractionem, ut ea quæ decrescant. Quocirca si ea omnia, quæ proprie fiant, per unum aliquem ex his modis fiant, quæ autem per hos modos fiant, ex subjecto fiant (etenim est aliiquid quod in aliam formam migret: & in eo quod per adjectionem fit, est aliiquid cui adjungitur: &

in eo quod per detractionem fit , est ali-  
quid ex quo detrahitur : & denique in com-  
positione sunt quæ componuntur) non est  
dubium quin omnia , quæ pr prie fiunt ,  
ex subjecto fiant . Cum igitur in omni  
orta tum subjectum aliquid sit , tum id  
quod ad subjectum accedit , constat profe-  
cto , quidquid fit , tum ex eo quod fit ,  
hoc est ex forma , tum ex eo quod jam  
factum erat , compositum & concretum es-  
se . Hoc porro duplex est , nempe subje-  
ctum seu materia : & quod formæ aduer-  
satur , hoc est privatio . Fit enim forma ,  
ut domus , tum ex subjectis lapidibus &  
lignis , tum ex privati ne , hoc est ex eo  
quod non erat domus . Quod etiam in  
aliis rebus eodem modo locum habet .  
Tria igitur ortus rerum naturalium prima  
principia sunt , subjectum , seu materia , &  
duo opposita , forma scilicet & privatio .  
Verum quonam pacto tria , quonam pacto  
rursus duo naturalis corporum originis pri-  
ma principia sunt ? Dictum est superius ma-  
teriam quidem ac formam per se principia  
esse ; privationem autem ex accidenti . Hanc  
porro

porro privationem nonnulli veterum animo complectentes, naturam ortum, atque item interitum sustulerunt. Dicebat enim: Si quicquid fit, vel ex eo quod est, vel ex eo quod non est, fieri necesse est, profecto cum nec ens ex ente oriatur (ens enim jam est priusquam oriatur) nec rursus ex non ente (sit enim aliquid oportet id ex quo aliquid oriatur: atque, ut rem uno verbo complectar, quod non est, nihil est) ne ortus quidem erit, nec interitus. Quid enim erit in quod occidat id quod non ex aliquo ortum sit? Ex quo efficitur, ut mixtio tantummodo sit, ac mixtarum rerum dissolutio. In hac rimorum dubitatione versabantur, quod idem duntaxat ens esse existimarent, quod id quod oritur, non autem esse, id quod omnino non est. At vero animaduertendum hoc ipsis erat, ens & non ens dupli- ci modo dici, nempe vel per se, vel ex accidenti. Ad hunc igitur modum materia ex accidenti non esse dicitur, quia privationis particeps est, quæ quidem per se non ens vocatur. Formæ siquidem ab-

sentiam duntaxat eam esse constat, ac nihil aliud. Ac rursus materia quidem per se ens est, ut subiectum: privatio autem ex accidenti ens, quia enti, hoc est materia, accidit. Ac præterea ens, & id significat, quod potestate est, & id quod auctu. Sic itaque materia potestate quidem est id quod efficitur, auctu autem non item. Causa porro cur materia hujusmodi naturæ sit, est privatio, quæ nihil aliud est, quam absentia, in eo quod natura sua aptum est: atque quoniam absentia est, id efficit, ut materia auctu non sit id quod efficitur, ob id autem quod est in eo quod natura sua aptum est, id præstat, ut potestate materia sit, id omne, quod oritur, producens. Quocirca id quod oritur, ex eo quod partim est, partim non est, oritur: ac rursus in id quod partim est, partim non est, interit. Neque enim uno duntaxat ac simplici modo dicuntur ens & non ens, quemadmodum arbitrabantur, qui ortum & interium sustulerunt. Verum fieri potest, ut unum idemque, & ens & non ens sit. Neque vero his verbiis

bis ea quæ sibi invicem adversantur , simul  
vera esse sequitur . Alia enim ratione ens  
erit , alia non ens . Non enim materia  
tantum ac privatio , tum entia , tam non  
entia sunt , uti dictum est : verum etiam  
quævis perfecta forma , & ens est , & non ens :  
quippe quæ & aliquid sit , & aliquid non sit .  
Exempli causa , homo ens est , utpote ho-  
mo : non ens autem , quia equus non est .  
Nam propter multitudinem ipsis quoque  
perfectis speciebus non ens inducitur .  
Materia potro naturali quidem modo ex  
proportione cum aliis rebus cognoscitur .  
Quemadmodum enim æs ad statuam , aut  
lignum ad lectum , aut ad aliad quoddam  
opus arte confectum ac forma præditum ,  
id quod formæ expers est , se habet ,  
antequam formam suscipiat : eodem modo  
ad ea quæ natura constant , materia se ha-  
bet . Sic enim naturali modo ex propor-  
tione atque comparatione cum aliis rebus  
materiæ cognitionem consequimur . At ex  
formarum inficiatione pleniorē ipsius co-  
gnitionem haurimus . Nam cuna postremas  
formas inter se commutari perspeximus , ac

propterea subjecto quodam opus habere, quod ita comparatum sit, ut utrumque contrariorum vicissim suscipiat, in materiæ notitiam per formarum iñficiationem, ad subjectum, quod suscipiendi facultate præditum est, nos abducentem, pervenimus. Hanc enimvero materiam magnum & parvum Plato nuncupavit, ex una scilicet oppositione omnes ipsi oppositiones inesse asserens. Atque etiam interminaram dualitatem, & *ανυμερίαν*, hoc est intemperiem ipsam appellavit: cujus partes sunt excessus & defectus, multum & paucum, & inæqualitas, quæ quidem omnia materiæ convenient. Atque ea fortasse per magni ac parvi vocabula ipse subindicavit: quod materia corporis quidem ac magnitudinis expers sit, atque hoc nomine parva fortasse dicatur: omnis autem molis ac dimensionis causa sit, ac propterea magna. Hanc igitur materiam nonnulli corpore carere dixerunt: alii eandem corpus nulla qualitate præditum vocaverunt. Illi, quia prorsus magnitudine ac dimensione vacet: hi, quia velut renuissio & discessio atque infinitio sit rei

rei incorporeæ atque a divisione alienæ , ac naturæ sub intelligentiam cadentis . Unde etiam corpus ipsum vocarunt , non quod per formam & rationem subsistit , ac tribus dimensionibus speciatim definitur , sed quod prorsus remissum ac dissolutum est , atque omni ex parte ab ente in non ens decessit . Hanc porro materiam ab omni quoque interitu atque ortu remotam esse , opinionis errore sibi fingunt . Nam formam quidem ac privationem , ut quæ pugnantia sint , omni atque interire dicunt , ac forma quidem præsente privationem abesse , præsente autem privatione , formam abesse , atque ita ortum & interitum existere : materiam autem , ut quæ subjecti rationem obtineat , & quantum ad id quod potentia est , attinet , substantia præditam esse , & cum privatione esse : ac forma actu præsente , manere , atque illud suum , potentia , ab omni mutatione liberum conservare , hincque fieri , ut nec ab hoc quod potentia est , in actum migret , verum in suo statu manens , formam suscipiat , ac forma recedente , rursus priorem statum retinat .

neat, sicut nec oritur nec intereat. Fortasse autem quodammodo ortus & interitus expers erit materia, & quodammodo orta, atque per naturam interitui subiecta. Etenim hac ratione ortu careret, quia non ex ullo subiecto, quod per se prius insit, oritur. Nam ipsa prius subiectum est quod per se inest. Interitus item expers ex deinde causa, quia nullum elementare ipsius principium sit, in quod etiam dissolvatur. siquidem id quod interit, si natura rationem habeas, non quod in nihilum resolvatur, idcirco interire dicitur, verum hoc demum nomine, quod in id dissolvatur, ex quo prius inherente non per accidens extiterat. At vero hac ratione orta est materia, quia efficientem ac finalem causam habet, ut quae ex nihilo prorsus a Deo producta sit, ut bonitatis ac potentiae suae luculentum ac magnificum specimen exhiberet. Quandoquidem igitur materia ex nihilo in ertum producta est, prorsus quoque perfectae corruptioni subiecta sit necesse est: etiamsi alioqui optimus Deus opifcium suum non in nihilum redigat, sed in

in præstantiorem potius statum immutet. Insuper materiam Platonici quidem mutationis experiem esse contendunt. Peripatetici autem totam prorsus mutationi subiectam esse. Verum illi de qualitatibus experientia materia prima loquuntur, eamque mutari minime concedunt: mutatur enim quod qualitate preditum est, aliam nimirum qualitatem abjiciens, atque aliam assumens: quod autem qualitate caret, quo tandem pacto mutari queat? Ac propterea compositam etiam essentiam formam in materia dicunt: non autem ex forma & materia, ut quæ non simul ambæ immutentur. At Peripatetici propinquam materiam accipientes, ut quatuor elementa, non abs re tum immutari eam dicunt, ut qualitate affectam, tum ex materia ac forma compositam atque concretam essentiam esse: hujusmodi nempe materia in alteram formam migrante, ac ruisum formam illa materiam contrahente.



*De causis & effectis. C A P . I V.*

**C**AUSARUM, quædam per se sunt, quædam ex accidenti: eodemque modo eorum, quæ ex causis oriuntur, hoc est effectorum, quædam per se sunt, quædam ex accidenti. Exenpli gratia: Efficiens causa statuæ, per se est statuarius: ex accidenti Polycletus, vel albus, vel Musicus. Statuario enim iti contigit, ut Polycletus fortasse nuncupetur, aut albus sit, aut Musicus. Ad eundem autem modum statuari quoque effectum, per se quidem statua est: ex accidenti autem, Marciōn forte, aut tricubitus, aut albus. Ita enim statuæ contigit, ut Marciōnis causa erigeretur, & Marciōn appellaretur, ac trium cubitorum esset, candidique coloris. Causarum porro & earum rerum quæ ex causis oriuntur, tam quæ per se, quam quæ ex accidenti sunt, aliæ propinquæ sunt, aliæ remotæ. Verbi gratia: propinqua hujusce statuæ causa, per se est hic statuarius, remota autem, qui simpliciter statuarius est.

est: atque adhuc remotior, artifex. Consimili modo propinquum effectum per se hujus statuarii, est haec statua: remotum, simplex statua: remotius adhuc, imago. At vero propinqua causa ex accidenti Polycletus est: remota, homo: remotior adhuc, animal, aut albus: ac longinquier adhuc, colore praeditus. Atque album quidem, &c, ut in genere dicam, colore praeditum esse, Polycleto ex accidenti inest: homo autem, atque omnino animal, per se. Statuae autem, non modo albus, & colore affectus, sed etiam homo & animal ex accidenti causae sunt. Nam cum Polycletus statuae ex accidenti causa sit, profecto cum Polycleto per se insit homo & animal, hominem quoque & animal statuae causam ex accidenti esse necesse est. Rursus, propinquum effectum ex accidenti, est Marcion: remotum, nomine praeditus. Ac rursus, propinquum effectum, est hoc tricubitum: remotum, simplex tricubitum: remotius adhuc, quod magnitudinis particeps est. Verum tricubitum quidem & magnitudine praeditum, Marcioni

ex

ex accidenti insint: quod autem nominis compos sit, per se. Hæc autem omnia simul, atque id genus, ex accidenti effecta sunt statuarii. Causæ porro, tam quæ per se, quam quæ ex accidenti sunt, non tantum absolute, sed etiam conjuncte dici possunt, Veluti, Causa statuæ, non solum privatim statuarius dici queat, atque item speciatim Polycletus, verum etiam conjuncte Polycletus statuarius. Eodemque modo de effectis natuendum est, Omnes autem causæ atque effecta, de quibus locuri sumus, tam quæ per se, quam quæ ex accidenti, tam quæ propinquæ, quam quæ remota sunt, parim potestate dicuntur, partim actu. Potestate porro, hoc loco non id quod fieri potest significat, verum simpliciter id quod nec agit, nec agitur. Non agunt autem, & quæ agendi potestare prædicta sunt, & quæ agendi finem fecerunt. Atque ea quidem, quæ actu causæ & effecta sunt, simul & sunt, & rursus simul non sunt: hoc est, se se muro inferunt, ac tollunt. Simul enim sunt & ædificans architectus, & do-

mus quæ ædificatur: ac submoto ædificatur, tollitur etiam quod ædificatur. Ac rursus, si non sit quod ædificetur, ne quidem est qui adficeret. Quæ autem potestate sunt, non semper simul sunt, & simili non sunt. Potest enim fieri, ut vel domus maneat, cum is a quo exirecta est, diem extremum obierit, vel contra ipse quidem vivat, domus autem collapsa sit. Porro uero ius usque rei suprema semper, hoc est præcipua causa, investiganda est. Verbi gratia: Homo ædificat, quia architectus est: ædificat autem architectus per architecturam: ergo architectura primaria & præcipua causa est. Præterea causæ ita redendæ sunt, ut cum effectis congruant, hoc est propinquæ cum propinquis, longinquo cum longinquis. Atque ea quidem quæ actu sunt, in iis quæ actu sunt, quæ autem potestate sunt, in iis, quæ potestate sunt, considerantur. Exempli causa: Alii effecto sua causa efficiens est, alii finalis, ac rursus alii alia, aliæ multæ unius, vel potius unicuique omnes, etiamsi quandoque nonnullæ causæ in unum coeant.

Etc.

Etenim in domo causa efficiens architectus est, vel, ut rectius dicam, ipsa architectura: finalis, imbrium, ventorum, & aestus de-pulsio: materialis, laxa, & ligna, & luctum: formalis, figura & forma, atque om-nino species ea, ad cuius exemplum effi-citur. Quod si quis etiam instrumenta-lem querat, serram, & asciam, & perpen-diculum, aliaque nonnulla inveniet. Quod si etiam exemplarem, est ea domus deli-neatio atque informatio, quæ prius in men-te existit. In quibusdani autem effectis quædam causæ in unum coeunt. Etenim in rebus naturalibus forma & finis idem sunt. siquidem natura formæ causa omnia ea, quæ antecedunt, molitur. Ac forma & finis rationis quidem respectu duo sunt, numero autem ac subjecto unum. Quo sit, ut formalis & finalis causa quandoque conjungi inter se possint. Quin interdum cum ipsis efficiens etiam causa copulatur, si non subjecti aut numeri, at certe formæ ratione. Etenim homo hominem gi-gnit. atque ei qui gignitur, efficiens cau-sa pater est: qui, si formam aut substan-tiam

tiam spes, idem cum ipso est. Quædam autem eodem modo alia aliorum causæ sunt. Ut bibere, bonæ valetudinis causa est: bona item valetudo, bibendi causa. Neque enim bibere causa duntaxat efficiens est bonæ valetudinis, ac bona item valeudo finalis causa est bibendi (siquidem bonæ valetudinis causa potio adhibetur) verum etiam bona valetudo efficiens bibendi causa esse agnoscitur, quippe ejus est, qui commoda valetudine utitur, posse bibere, ac muneribus suis fungi. Ex quo perspicuum est, unam eandemque rem, tum pluribus modis causam dici, tum ad eundem modum causam simul atque effectum reperiri posse. Ajunt etiam fortunam & casum causas quasdam tanquam efficientes esse: ceterum ex accidenti. Fortunam enim & casum ex accidenti causas quasdam esse in his, quæ rei alicujus causa fiunt, atque eorum quæ raro accidentur. Nam cum id, quod contingens est, trifariam dividi soleat, nempe in id quod plurimum evenit, in id quod peræque evenit ac non evenit, & in id quod raro, fortuna & casus in iis duntaxat

conspiciuntur, quæ raro eveniunt. Et quidem fortuna, in his rebus quæ animi inductione suscipiuntur: ut si quis jaciendi fundamenti causa fodiens, in thesaurum incidat. Casus contra, in iis quæ modo naturæ consentaneo eveniunt: ut si alicunde lapis, nemine ipsum projiciente, corruens, hominem feriat, aut cuiuspiam equus ab hostibus captus, ac priora pascua per imaginem sibi fingens, ab hostibus fuga elabatur, atque ad Dominum suum se conferat. Natura enim, etiam omnis brutorum animantium vita nuncupatur. Ac proinde Physici ea, quæ a ratione alienis & naturalibus actionibus insuper accedunt, casu contingere dicunt, causamque antecedentem casum appellant: quæ autem actionibus iis, quæ a voluntate animique inductione proficiscuntur, insuper accedunt, hæc fortuita vocant: ac fortunam, causam ean, quæ voluntati, atque, actionibus quæ a voluntate manant, velut obitèt accedit. Verum secundam quidem fortunam, cum quid boni eveneat: aduersam item, cum quid mali. Cum vero iis quæ eveniunt, magnitudo aliaqua inest

inest, εὐτυχία, hoc est ingentem fortunæ prosperitatem, vel δυσυχία, hoc est ingens infortunium, dicunt. Ingenti porro fortunæ prosperitati vel infortunio utrū in iis demum agnoscitur, qui agendi facultate prædicti sunt. Hoc enim idem est quod εὐφορία & δυσεργεία. i. prospere vel infeliciter agere. Ex quo efficitur, ut nec ulla res inanimata, nec ulla bestia, nec puer proprie felix aut infelix esse dicatur, nisi similitudine quadam: velut a Protarcho dictum est felices eos lapides esse, ex quibus aræ construuntur, propterea quod iis honor adhibetur, cum ii, qui ejusdem generis sint, pedibus proterantur. Rediguntur autem fortuna & casus in id quod generatim casus nominatur. Hic porro calus, qui communiter accipitur, ob eam causam αὐτόματον vocatur, quod αὐτὸμάτης i. ipsum frustia, quantum quidem ad subsequens effectum attinet, accedit. Quantum enim ad thesauri inventionem spectat, frustra prius terra effossa est: quandoquidem idcirco effossa fuerat, ut fundamentum jaceretur. Eo-

dem modo lapis ius ruina, atque equi ab  
hostibus fuga, frustia, si eorum effectorum,  
quæ secuta sunt, rationem habeas, anteces-  
serunt. Nam nec lapis cujusquam percu-  
tiendi causa decidit, nec equus ab hosti-  
bus ideo proficit, ut ad Dominum suum  
se se conferret: verum lapis quidem, ut ad  
locum suum, hoc est inferiorem ac me-  
dium, perveniret (siq; idem gravia omnia  
suapte natura ad centrum tendunt) equus  
autem, ut ad conservata pascua se conferret.  
Et tamen causæ nomine casus omnis cen-  
setur, propterea quod nisi istud præcessis-  
set, hujusmodi finis minime subsecutus fu-  
isset. Quanquam hujusce finis ex acci-  
denti duni axat causa est, ac non per se.  
Verbi gratia: Fossio, per se quidem jasti  
fundamenti causa fuit: casus autem ita tu-  
lit, ut etiam inveniendi thesauri causa es-  
set. Itaque frustra fuit, quantum ad the-  
sauri intentionem attinet. Frustra enim  
id omne dicitur, quod non juxta antece-  
dentrem actionis scopum evenit. Hoc au-  
tem triplici modo dividitur. Nam &  
cum nullus omnino finis actionem securus  
est

est, frustra eam suscep̄tam fuisse dicimus: ut si quis purgandi corporis causa ep̄to purgante medicamento, non tamen purgatus sit. Et cum aīus finis eccl̄as est, quam qui propositus fuerat, & quem is qui agebat, sibi cōe inarat: ut si qui iam hoc aīmo, ut aliquid enere, in orum profectus, amicum nancicatur, tētumque diem cum eo traducat. Et de iisque, cum finis quidem ille, ob quem aīio suscep̄ta fuerat, obtigit, verum aliud etiam quidam insuper accessit: ut si quis abluendi corporis causa profectus, atque in balneō debitorem nactus, post ablutum corpus debitam pecuniam recipiat. Etenim quantum ad debite pecuniae receptionem attinet, frustra ad balneum penexit. Neque enim hoc ei propositum erat, cum aī balneum iret, ut debitum perciperet. Enimvero, quoniam patrem efficientem filii causam quodammodo esse superius jam diximus, sciendum est, tanquam in generatione materia constante parrem efficientem fortasse causam dici posse, tametsi hanc p̄ prius. Instrumentalis enim potius & adjuvans cau-

sa est: ut qui non cum lubet, liberos gignat, sed cum denique, cum illa rerum omnium architecta voluntas cœlitus eum impulerit. At vero in ea generatione, quæ proorsus a materia remota est, hoc est in divina, nullo modo efficiens Filii causa est Pater, verum pure essentialis. Nam illic de munere est efficiens, ubi etiam quod efficitur, hoc est quod afficitur, nimis remanens materia. Ubi autem quod efficiatur, non est, quoniam pacto illic esse queat, quod efficit: cum qui efficit, hoc quod efficitur efficiat, ac rursus id quod efficitur, ab efficiente efficiatur? Hæc enim ex eorum numero sunt, quæ ad aliquid referuntur, seseque mutuo & inferunt, & de medio tollunt. At rerum omnium conditarum, tam sensilium, quam earum quæ intellectu percipiuntur, propriæ efficiens causa est Deus. Nam etiam angeli ipsi, si cum his quæ in sensum cadunt, comparentur, materiæ expertes dicuntur. Alioqui enim solum divinum numen vere materia vacat, proptereaque etiam solum ipsum minime factum est.

De

*De motu & quiete: ubi etiam de entelechia,  
& de potentia & actu. C A P. V.*

**Q**uanquam perfectus etiam actus, ratione distantiae illius, quæ ab essentia est ad actionem, motus dicitur, (Ad hunc enim modum intellectualē quoque motum dicimus: atque animam, quæ ratione ntitur, tum deum moveri assenimus, cum deliberat, & cogitat, & considerat, & judicat) tamen motus ille actus est mutationis expers, semper eodem modo se habens, atque ad perfectos pertinens: ut pote perfectus. Etenim iis, quæ actu sunt, hujusmodi motus convenit. At motus, de quo hoc loco differimus, mutatio est, perpetuo fluxu prædicta, atque imperfectorum actus, utpote imperfectus. Quandoquidem ad ea quæ potestate sunt, ac nondum sunt, sed futura sunt, hic motus pertinet. Ac proinde sic eum definunt: Motus est ejus quod potestate est ἐγτελέχεια, i. perfectio, per quam tale est. Vel, ejus, quod potestate est, actus,

Quatenus potestate est. Entelechia autem, primum quidem ἡ τελεστηλέως ἔχεια dicitur, seu ἡ κατατοτελεστηλέως ἔξις. I. perfectus habitus, aut rei illius perfectio, per quam res aliqua perfectionem suam obtinet, ac perfecta forma est. Unde etiam homo actu, non fetus ille est, qui in matre coagmentatur, & compingitur, partibusque suis absolvitur, verum is deum homo actu est, qui partibus omnibus suis perfectus est, & in lucem editus, ut pote juxta humanam formam absletus. Ac proinde animam quoque sic definiant, ut sit actus corporis naturalis & organici, potestate vitam habentis. Non quod anima ipsa sit actus, sed quod per eam corpus perfectionem consequatur. Vocatur autem etiam entelechia ἡ τελεστηλέως ἔψυχεια, hoc est perfecti actio, quod idem est ac si dicamus, perfecta actio. Perfectorum enim, actiones quoque perfectae sunt, quemadmodum contra imperfectorum, inchoatae & imperfectae. Entelechia autem dicitur perfecta actio, ut quæcumque perfectionem ipsa habeat, tum τελεστηλέως λεγεται.

**A**ESTHHIS THS EXEIAS sit, hoc est perfici-  
endi habitus vim habeat, ipsiusque perfectio  
sit. Etenim habitualis actus, habitus per-  
fectio est. Impropte quippe actus, qui  
ab solute est, entelechia dicitur, proprie-  
ta quod quiduis, dum agit, suas actiones edit  
naturae suae consentaneas, sive perfecta na-  
tura sit, sive imperfecta. Atque hoc si-  
gnificat motus quoque entelechia dicitur,  
hoc est simplex actus. Eadem pro ip-  
sius natura sit necesse est, quae potestatis.  
Quare, cum quod potestate est, imperfec-  
tum sit, hujus quoque actus imperfectus  
sit oportet. Ita motus, imperfectus actus  
erit. Actus autem ejus quod potestate est,  
non eo dicitur, quod per eum agat id quod  
potestate est, sed quod agatur. Nam quod  
actu est, hoc demum agere potest, quatenus  
actus est, quemadmodum videlicet ignis  
idcirco calefacit, quia actu calidus est.  
Quod autem potestate est, quatenus pote-  
state est, non agit, sed efficitur. Velut  
aqua calore afficitur, quia potestate calida  
est. Quod si aquam, cum calore afficitur,  
ipsam quoque, calorem affere dixeris, hoc

habeto , eam , qua ratione vehementius calefieri potest , hac quoque ratione calore affici , ut quæ etiam potestate calida per se sit : quatenus autem caloris particeps facta est , hactenus quoque ipsam calorem afferre , ut quæ actu calida per se sit . Ex quo perspicuum est , motum , patibilem quemdam actum esse ejus quod potestate est . Quoniam enim quidquid sub ortum cadit , ex materia & forma constat , proinde & potestatem & actum habet : illudque præterea , ut & moveatur , & moveat , hoc est & patiatur , & agat . Atque formæ quidem ratione actum habet : materiae autem respectu , potestatem . Et quidem ad actum pertinet , agere , & motum afferre , & efficere : ad potestatem autem , agi , moveri , pati . Ex quo efficitur , ut quia motus , ejus quod potestate est , actus dicitur , perpetuationis rationem potius habeat . Quanquam etiam idcirco fortasse actus dici possit , quia id quod motu cietur , ab insita sibi natura hoc propinque habet , ut quemadmodum ipsius aptitudo fert , moveatur : tamen si alioquin

primus

primum motus sui principium externe accipiat. At si proprie loqui volumus, quidquid movetur, quatenus movetur, non agit, sed patitur. Quod autem a persessione remotum est, ne movetur quidem. Quamobrem id quod potestate est, quatenus potestate est, movetur, ad actum nimirum migrans. Ac motus, via quædam est a potentia ad actum transvehens. Quod autem actu est, ut actu est, motus expers manet. Potestate ponio illud est, quod esse potest, ac natura comparatum est actu autem, quod jam id est quod actu dicitur. Verbi gratia: Scolasticus Zosimion, qui cum albus esset, ex diuturno morbo atrorem contraxit, prius actu albus erat, potestate autem ater, quandoquidem id habebat, ut niger effici posset. Quatenus igitur albus erat, moveri non dicebatur: qua autem ratione niger, quoniam potestate id erat, cum nigrore affici coepit, atque ab eo quod potestate niger erat, eo adductus est, ut actu niger fieret, tum denique ad nigrorem moveri dicebatur. Atque illa nigroris contractio motus rationem

habet.

habebat. quippe quia actus esset Zosimionis potestate nigri, quantum ad potestantem attinebat, hoc est quatenus ita natura comparatus erat, ut niger esse posset. Posteaquam autem actu niger effectus est, non jam quantum a nigore movebatur, verum in nigro colore persistit. Eodem igitur modo id etiam omne quod actu est, ut actu est, non movetur: imo nec ut potestate quicquam moveri dici potest, quantisper hoc retinet ut potestate duntaxat sit, solaque aptitudine agnoscatur: verum cum a potestate alicui actum mutatur, ac potestate adhuc manet, tum denun moveri dicitur. Eaque de causa in motus definitione hoc additum est, Quatenus tale est, hoc est quatenus potestate est: ut etiam si potestas & actus quantum ad subjectum, idem sint, motus tamen potestate factus consideretur, & quandiu incolumis adhuc potestas retineatur. Hac enim proposita perirente, motui locus non est. Nam quod actu extitit, quatenus actu extitit, in motu non est, verum in statu & constantia. Atque hoc discriminis inter motum, & id quod

quod actu est , ac perfectam actionem ,  
constitui potest , quod in his id quod po-  
testate est interiit ; cum contra in motu  
id quod potestate est maneat , quod mo-  
tus actu perficitur . Rursum , motus est  
actus rei quæ motu cieri potest , quatenus  
cieri potest , hoc est , actus perpetiendi vim  
habens ejus rei quæ possit , ac natura com-  
parata sit moveri ac mutari ab hoc in illud ,  
quatenus potest & natura comparata est ,  
non autem quatenus jam est . Quod si  
motus est ejusmodi actus rei quæ motu  
cieri potest , constat profecto eum non in  
movente esse , sed in eo quod movetur . Nec  
obstat quod ὄποτις , hoc est visus , cum  
non in eo quod cernitur , sed in cernen-  
te sit , in eo quod motum assert & facit ,  
esse videtur . Imposturam enim facit vo-  
cabulum , quod cum ita proferatur ut actio-  
nem designare videtur , nihilominus tamen  
perpetiendi potestate praeditam rem signi-  
ficat . Nam quidquid sentit , patitur , non  
autem agit . Ita visus etiam , quamvis in  
vidente sit , in eo tamen est qui patitur  
& movetur , non secus ac reliqui sensus  
in

in sentientibus sunt, non ut moventibus & agentibus, sed ut in iis quae motu cierunt & patiuntur. Quin alia quoque motus ratio assertur, qua hoc demonstretur, eum moventis & agentis proprie actum esse, atque ab eo quidem initium ducere atque tribui, ceterum in eo quod moveatur & patitur, insulciri ac manere. Est autem hec ratio hujusmodi. Motus est actus ejus quod motum assert, in eo quod motu cierunt. Etenim ædificatio actus est ejus qui ædificat, in eo quod ædificatur: & sanatio, actus ejus qui medicinam assert, in eo cui medicina adhibetur. Aliud porro sunt ædificatio & morbi sanatio, & aliud ædificari & curari. Nam ædificatio & sanatio, tum cum fiunt, suum esse habent, hoc est dum ædificatur id quod ædificatur, & medicina assertur ei cui medicina assertur: at ædificatum aut sanatum esse, tum cum facta sunt, suum esse nanescuntur. Ob idque ædificatio & sanatio motiones sunt: ædificatum autem & curatum esse, idem sunt quod motum esse. Itaque affectiones quæ ex motionibus compa-

parte

parantur, motiones non sunt, sed motionum effecta. Quoniam autem motus à móvente est in eo quod movetur, ut quidem in eo quod movetur existens, patibilis & inchoata atque imperfecta actio dicitur (undé etiam id quod movetur, hoc est id quod potestate est, tum quatenus potestate est, patitur, tum natura sua imperfectum est, neandum enim est quod dicitur) ut autem a móvente proficiscens, perfectius sane magisque proprie actus diciqueat, quippe cum id etiam quod movet, hoc est actus, tum agere possit, quatenus actus est, tum natura sua perfectum sit: nám quod dicitur, hoc etiam est. Ex quo conficitur, motum actum esse: quippe qui idem & effectio & perpessio sit. Effectio porro & perpessio ratione quidem differunt: at si subjectum spectes, unum idemque ambæ sunt, ut docendi & discendi actus, & ut ascensus & descensus. Imo, ut rectius loquar, tum subjecti, tum rationis respectu, unus atque idem motus est, qui ab eo quod movet, in eo cui motus assertur, existit. Non enim quemadmodum

dum effectio & perpetatio distinguuntur , illa nimis circa eam affectionem quæ ab efficiente , hæc autem circa eam quæ a paciente oritur , eodem quoque modo a motu , quod a movente , & quod in eo quod motu cietur , distincta ac sejuncta sunt : verum ambo ista unam motionem perficiunt , ipsius nempe rationem omnibus suis numeris absolvantia . Motum porro sub quantitate collocant : quoniam ob magnitudinem , in qua consideratur , continuus esse viderit , quemadmodum tempus ob motum . Quin eum quoque sub iis constituant , quæ ad aliquid referuntur , propterea quod motus ejus quod motu cietur , motus est , & quod motu cietur , per motum movetur . At forsitan motus , ut qui indefinitus quodammodo sit , in nulla decem finitorum generum classe per se collaudans est . Nam cum ea quæ sunt a finita sunt , vel potestatis vel actus ratione dicantur , motus in neutro horum constitui potest . Etenim quod potestate duntur est , nondum movetur : quod autem actu est , non amplius movetur . Aliud au-

tem

tem est , quod potestate est , aliud potestas : aliud item quod actus est , aliud actus . Atque ei quod potestate est , id quod actu est , aduersatur : potestati autem , actus . Ac potestas quidem , est perfecta essentiæ præparatio , & ab omni impedimento immunis ad actum preclivitas , eam vim habens ut actum terat : velut , ignem urendi potestate prædictum esse dicimus . Potestate autem , est aptitudo inchoata , ad id quod potestate dicitur , agendi facultatem ab alio accipiens , ac non in seipsa producens : ut , semen potestate animal esse dicimus . Rursus actu est , id quod jam juxta id quod dicitur , agere potest : ut , Aristoxenus musicus dicitur , quod actu musicus sit : quoniam quatenus musicus est , modo legibus musicis consentaneo agere potest . Actus autem , est efficax motus , qui a potestate producitur . Efficax porro motus est , qui in opere existit . Opus vero , & effectio & actio . Effectio denique & actio ab efficiendo & agendo deducuntur . De quibus primo libro , capite vicesimo quarto , mentio a no-

bis facta est. His ita constitutis & ex-  
planatis, scire operæ pretium est, rem, &  
quantum ad potestatem, potestate dici, &  
quantum ad actum, actu. Ita duplex est  
potestate, duplex item actu. Dicitur e-  
nīm potestate, id etiam quod solius aptitu-  
dinis imperfectæ ratione est, hoc est, quod  
neccā extitit id quod dicitur: qua ratio-  
ne semen potestate animal esse diximus,  
& quia mā dum puerum potestate musicum  
esse asserimus, quoniam & semen a-  
nimal fieri potest, & puer musicus. Quin-  
etiam quod etsi jam extiterit, perfectum-  
que habitum obtineat, non tamen pér  
eum agit, hoc quoque potestate dicitur: ut,  
Aristoxenum potestate musicum dicimus,  
cum cithara non canit, sed aut dormit,  
aut aliquo alio munere fungitur. Quo  
significatū ignem etiam potestate urere di-  
cimus, cum non urit. Ac prius quidem  
illud potestate, imperfectum dicitur: po-  
sterius autem, perfectum. Prius item, per  
aptitudinem: posterius, per habitum. Eo-  
de nō quoque modo actu dicitur, nempe  
quod etsi agere potest secundum id quod  
dici.

dicitur, non tamen agit: (atque hoc genus idem est cum posteriori significatione ejus quod potestate) & quod secundum efficacem motum consideratur: velut cum Aristoxenus citharam pulsat, ac reipsa ignis urit. Quare posterior potestas, media est inter ea quae omnino. & ea quae duntaxat actu sunt, quippe quae utriusque particeps sit, atque utriusque alterum existat. Nam quantum ad priorem potestatem attinet, actu est: quantum autem ad posteriorem actum, potestate. Quocirca prior illa potestas, quae quidem, ut jam diximus, imperfecta est, per motum ad priorem actum perducitur: non enim necessario eriam in posteriorem. Ac tum id quod ad hunc modum potestate est, eo progreditur ut actu existat, sic tamen ut non prorsus ab eo quod potestate est, discedat, tum ipsum moveri dicimus. Moveri perro id quod potestate est cum dicimus, non aptitudinem intelligimus, sed quod aptitudine praeditum est, hoc est a primum ipsum, quatenus ejusmodi est. Quod quidem rursus cum non eo motu, quem

ip̄ius natura fert, cietur, cum ipsum  
motus illius ratione, quiescere dicimus.  
Quies enim est vacuitas motus ejus rei  
quæ natura sua moveri apta est, quando,  
ubi, & quomodo ipsius natura fert. Quan-  
do inquam natura fert, quia catulus re-  
cens natus, quantum ad cernendi sensum  
attinet, quiescere non dicitur. Quamvis e-  
nim natura ita comparatus sit, ut cernere  
possit, non tamen statim ut in lucem e-  
ditus est. Ubi autem natura fert, quo-  
niā ratione aëri motus pisces quiescere  
non dicuntur; neque enim hoc ipsis natu-  
ra concessit, ut in aere degant. Quomo-  
do denique natura fert: neque enim an-  
gues, quantum ad gradiendi motum spe-  
stat, quiescere dici queant. Hoc enim  
ipsis a natura comparatum est ut serpent  
non autem ut ambulent. Id igitur quod  
cum moveri natura comparatum sit, non  
tamen quando, & ubi, & quomodo na-  
tura fert, moveretur, hoc motu privatum  
quiescere dicitur. Quæ cūm ita sint  
quoniam Deus, utpote materia omnino  
vacans, ab omni aptitudine atque imper-  
fectio-

fectione immunis est ( quippe qui ipsam et  
ellenia atque & ipsam et perfectio sit ) ac  
proinde primum quidem & proprie motum  
rebus affect, ipse autem ab omnis mutationis  
motu alienus est, proprie atque ac-  
commodate dici non potest quiescere. E-  
tenim cui motus inest, hujus vacuitas a  
motu quies censenda est. At in Deo,  
vacuitas a motu quies non est, verum  
identitas, & status ab omni mutatione semper  
abhorrens.

*De motu & quiete. C A P . VI.*

**M**otus in quatuor Categorias consi-  
deratur, in substantia nimirum ortus  
& interitus, in quantitate accretio & de-  
cretio, in qualitate alteratio, in Categoria  
ubi, mutatio ea, quæ per locum fit, quæ  
quidem φορητα, id est, latio appellatur.  
Ea porro in eam quæ rectis lineis, & in  
eam quæ in orbem, & in eam quæ ex ultra  
que concreta est, divisiuntur. Commune  
igitur genus, motus est, qui quidem æqui-  
voce de diversis motibus praedicatur. Usq.  
enim

enim genera ea, quibus motus continetur, cum summa sint, genus aliud sublimius non habent: eodem etiam modo motus qui in ipsis sunt, genus aliud non habent, quo comprehendendi possint. Æquivocum porro vocabulum cum sit motus, per aquivoa quoque definitionem quamdam præcipuit, diversis ipsius proprietatibus accommodatam. Quarum prima & maxime propria est latio: maxime propria inquam, quoniam majorem quam aliae vim & facultatem habet. Prætereaque absolute moveri dicimus quod loco movetur. Quod autem, cum ratione loci quietescat, alio tamen aliquo motu cietur, quadam ratione moveri dicimus, puta per accretionem aut decreti nem, aut alterationem. Ob eamque causam id quoque quod secundum suapte vi mutat, hoc est animal, ἀντοκίνητον, id est motum per se habentem, propriè appellant. Ad hunc nèmpe modum omnium motuum maxime proprium localem motum esse constat. Primum autem, hoc potissimum nomine, quia perfectior est, Eorum enim quæ vita prædita, vel animata

ta sunt, quædam quantum ad hunc motum attinet, omnino in tu carent, ut stirpes, & quæ saxis adnascuntur animalia, quæ zoophyta vocantur, quæ auctem perfectionem consequuntur, id habent ut loco nō oveni possint, quemadmodum ea animalia, quæ *αὐτοκίνητα*, id est, sese moventia, dicuntur: quæ etiam sola absolute ac sine distinctione animalia vocare consuevimus. Quamobrem si stirpibus perfectiora sunt zoophita, ut quæ pluribus naturalibus facultatibus prædicta sint, atque his rursus animantia, ut quæ eodem modo perfectiora sint, sare, cum iis animantibus quæ perfectionem suam consequuntur, localis motus accedat, hic motus perfectior, proindeque etiam præstantior est, primumque inter alios motus locum obtinet. Nam quod perfectius est, quo per se ius est, eo etiam imperfectioribus antecellit. Quin ne ejus quidem, quod movetur, statutum immutat latio, quemadmodum reliqui motus, nempe nec substantiam, ut ortus & interitus: nec quantitatem, ut accretio & decretio: nec qualitatem, ut al-

teratio . Id porro quod ejus rei , quæ  
movetur , statum incolorem servat , iis  
quæ minime servant , præstantius censi  
merito queat . Atque ob hoc ipsum pri  
mus hic motus censi debet . Quin eti  
am , si naturam species , latio reliquos mo  
tus antecedit . Etenim quantum ad natu  
ram attinet , alteratio quidem accretione  
prior est ( propterea quod id quod natura  
li modo accrescit , ab alimento augeri so  
let , alimentum autem primo quidem cor  
pori quod alitur , simile non est , verum  
ipsi per alterationem simile efficitur , alit  
que ipsum & auget , sicque accretionem  
alteratio antecedit ) alterationem autem ea  
mutatio quæ per locum fit . Exempli gra  
tia in animantibus alimentum ventriculo  
oblatum primam alterationem subit , nimi  
rum per coquendi facultatem ipsi insitam ,  
in chilum mutatum : sicque postquam ad  
jecur pervenit , in sanguinem vertitur , at  
que hinc denique corpori quod alitur , si  
mile efficitur . Atque , ut summatim di  
cam , quandiu id quod alterat , & id quod  
alteratur , in sua sede manent , alteratio  
fieri

fieri nequit. Quamobrem localis motus vel in alterante, vel in alterato, vel in utrisque requiritur, siquidem alteratio futura sit. Cum igitur naturali quidem accretione (non enim etiam Mathematica, per quam norma in orbem imposita quadrangulum augetur) prior sit alteratio, omnem autem alterationem localis aliqua mutatio antecedat, natura priorem aliis motibus lationem esse necesse est. Nam ortum quidem & interitum proprie motus non esse infra demonstrabitur. Tempore autem non modo reliquos naturales motus localis anteit, sed etiam ortum & interitum. Interitus enim tempore posterior est omni mutatione, quippe qui transitus sit ab eo quod est, in id quod non est. Ortus autem prior quidem in omnibus iis rebus quæ oriuntur (siquidem unam eandem rem nobis speculandam proponamus) considerabitur. Nam postquam res aliqua orta est, ac per essentiam extitit, tum aliis motibus cietur, ac postremo locali. At vero considerantibus nobis antiquiorem filio patrem esse, qui tamen ante etiam

quam pater fieret, perfectus homo erat,  
nec locali motu carebat, atque, ut in  
summa dicam, cœlum rem omnem con-  
ditam antiquitate superare, sane, cum la-  
tio cœlo a natura insita sit, ea, temporis  
quoque ratione, omni motu & mutatio-  
ne, atque adeo ipso quoque ortu prior esse  
reperiatur. Ortum autem naturalem intel-  
lico, qui quidem est ex eo quod potesta-  
te, non autem actu est, in id quod actu  
sit, progressio, ac temporalis transitus.  
Quandoquidem alium quoque ortum natu-  
rali sublimiorem recta doctrina agnoscit,  
nimirum mundi proorsus ex nihilo existen-  
tiā, ac primam procreationem. Quem-  
admodum enim duplex est causa efficiens,  
propinqua nimirum, quæ quidem natura  
esse dicitur, & ea quæ primum ac pro-  
prie causa est, quæ quidem est mens illa  
serum omnium parens & architecta: eun-  
dem in modum duplex etiam ortus est,  
alter ex antecedente apta materia in for-  
mam aliquam cum temporali extensione  
productio. Hujus autem ortus principium,  
& propinqua, vel, ut verius loquar, adju-  
vans

vans causa, natura est. Alter autem opus, est rei effectio, & ejus, quod nullo omnino modo erat, sine ulla temporis extensione producilio. Atque hujuscce ortus principium ac sola causa est rerum omnium effectrix Dei sapientia & potentia, quae & materiae, & naturae, ac denique omnium rerum efficiens est. Quoram igitur modo localis mutatio motuum omnium prima sit, atque adeo ipsius citus, & cuiusdam citus, a nobis dictum est. Ex his autem quae commemoravimus, illud etiam constat, motum eum qui in orbem fit, locales omnes motus anteire, quippe qui caelo, quod rerum omnium conditum sub sensim cadentium primum est innatus sit. Verum enim vero cum tres locales motus sint, nempe qui rectis lineis fit, qui in orbem, & qui ex his concretus est, illud in confessio est, non modo eum, qui in orbem fit, sed etiam eum, qui rectis lineis fit, mixto & concreto priorem esse (sic enim natura comparatum est, ut simplicia compositis priora sint) eum autem qui in orbem fit, eum, qui rectis lineis

lineis fit, antecedere, tum quia antiquior est, tum quia durabilior. solus enim hic continuus omnino esse potest, cum ceteri ex contrariis in contraria fiant, ac non solum locales omnes motus, excepto eo qui in orbem fit, sed etiam aliæ mutationes, continuationem necessario interrumpant. Siquidem ortus, ex eo quod non erat in id quod est, fit: latio, ex eo quod est in id quod non est: accretio, ex parvo in magnum: decretio seu inimicatio, ex majore in minus: alteratio, ex contrariis affectionibus in contrarias: latio in rectum, ex contrariis locis in contrarios, hoc est ex supero loco in inferum, ex anteriore in posteriorem, ex dextro in sinistrum, & contra. Quoniam igitur reliqui omnes motus ex contrariis in contraria sunt, sane, cum diuersa principia diversaque fines habeant, continuo omnino esse negqueunt. Continuus enim omnino hic demum motus est, qui semper idem est, nec necessarium ullum terminum habet. Qui autem non semper idem est, ac propterea ad terminos tandem pervenit, hic,

cum

cum ad terminos perventum est, necessario quiescat oportet. Quocirca in contratio quiescet id quod movetur sicque ad contrarium veniet, atque hinc fiet, ut motus continuatio interrumptatur. Quod autem in orbem voluitur, cum eandem semper viam conficiat, atque in eadem loca feratur, quiescere profecto nihil necesse habet. Aliud porro est quies, aliud motus finis & principium. Quies enim est motus absentia in quadam extensione considerati, proptereaque in divisionem cadens, quemadmodum & motus. Principium autem & finis, motus in motu sunt, ut quæ nullam extensionem suscipiant, ob idque etiam ab omni divisione abhorreant. Quo fit, ut ipsum quoque quiescere, in temporali extensione sit, propterea quod secundum quietem est: non secus videlicet atque secundum motum est, moveri, insistere, ad quietem tendere. Moveri enim est, & insistere, & ad quietem inclinari. Illud enim est ad statum progredi: hoc ad quietem. Quocirca huc omnia temporis extensionem subeunt, quemadmodum

&amp;

& oriri & interire, & vivere & mori, &  
quæ ad horum similitudinem accedunt.  
At motum esse, & instituisse, & quieuisse,  
ortum item esse & interiisse, & vixisse, &  
mortem obiisse, aliaque id genus, nullam  
omnino extensionem tolerant. Non enim  
in tempore perficiuntur, sed in temporis  
termino, ut quæ motuum termini ac limi-  
tes sint, proptereaque omni divisione ca-  
reant. Unde etiam tempus illud, in quo  
res aliqua quoquo modo mutabatur, cum  
eo in quo mutatio absoluta est, majus non  
est eo solo in quo mutabatur: propterea  
quod non in tempore mutata est, sed in  
tempore eius temporis, in quo mutationem  
subiit. Terminus porro, cum quantitatis  
expers sit, nec re aliqua adiuncta crescit,  
nec adempta minuitur. Ut igitur lineæ  
terminus & principium, puncta sunt magni-  
tudine carentia, atque ab omni divisione  
aliena: eodem etiam modo principium o-  
mne motus, & terminus omnis, hanc ratio-  
nem habent, ut dividi securaque non pos-  
sint. Vocantur autem hæc *unūlata*,  
hoc est, puncta motus. Et quemadmo-  
dum

dum linea per puncta secatur, nec tamen punctum quidquam de linea detrahit: sic etiam motus per puncta dividitur, nec tamen punctum de motu quidquam sumit. Ac rursus, quemadmodum nulla infinita recta linea inveniri potest (quippe cum primi globi diameter omnem rectam lineam magnitudine superet, quæ tamen perspicue finita est) eodem modo nec infinitus ullus rectus motus est. Nam quod rectis lineis movetur, siquidem reflectitur, duos motus efficit, deinceps quidem sese sequentes, at inter se continuos. Deinceps porro ea collocata sunt, inter quæ nihil ejusdem generis interponitur. Continua autem ea inter se sunt, quorum alterius finis alterius principium est. Itaque continui inter se motus hi sunt, quorum termini unum sunt: quippe cum & ipsi unius ejusdemque speciei sint, & id item quod movetur, unum idemque sit. Ac motus quidem inter se continui, omnino quoque deinceps sunt: non iten tamen qui deinceps sunt, protinus quoque inter se continui sunt. Quippe id quod in rectum moyetur, siquidem retro-

retrocedit , deinceps sese sequentes motus facit , at non proinde etiam continuos . Etenim inter hujusmodi motus quies quedam est , quæ continuationem interfecet . Terminatur enim primus motus . ac tanquam ab alio principio alter perficitur . Inter finem autem primi , & principium secundi , quies agnoscitur . Nam duo motus recti finiti , ad unum punctum minime tese tangunt , quemadmodum duæ finitæ lineæ ad idem punctum inter se copulari possunt . Argumento huic rei est figura quæ rectis lineis constat . Etenim diversarum rectarum linearum termini inter se apte cohaerent , quia eas sustinent . At diversorum rectorum motuum termini inter se apte coire non possunt , quia motus in instabili temporis fluxione sunt . Ora eaque causam unum idemque punctum prioris motus finis , ac secundi principi non esse nequit , cum bis sumitur , ut in lineis punctum . Effluit enim interim tempus , ac puncta motus disjungit . Punctum vero disjunctio quietem parit . Fidus enim motus lapidis in superum , per fluxus temporis rapi-

raptitudinem a principio motus in inferum  
distinguitur. Unde etiam quies quedam  
inter duos lapidum motus animadvertisit.  
His igitur de causis nullus rectus motus  
infinitus intelligi potest. At in circulo,  
cum principium & finis inter se coeant,  
motus proinde qui in orbem fit, infinitus  
est, hoc est infinitus fieri potest: nempe  
cum omnes ambitus, qui post primum ag-  
glomerantur, ad unum motus punctum in-  
ter se connectantur & coniuentur, atque  
omnes tanquam unica duntaxat conversio  
efficiantur; quo ad usque ad extreum eum  
finem pervenerint, qui ipsis ab eo, a quo  
primum principium acceperunt, praescriptus  
est. Quare, tum hujusmodi continuatio-  
nis nomine perfectior priorque est motus  
is qui in orbem fit, quam qui in rectum:  
tum etiam, quia solus hic æquabilis est.  
Nam quæ rectis lineis moventur, sive na-  
turali, sive naturæ repugnanti motu ver-  
sentur, inæquabili modo a principio ad fi-  
nem feruntur. Etenim quæ motu natu-  
ræ repugnante volvuntur, siquidem trahan-  
tur, tardius primo feruntur, citius autem

Q

cum

cum ad id quod trahit appropinquant, quod scilicet vis trahentis tum deum magis dominetur: si autem jaciantur, citius quidem sub ipsum principium moventur, cum autem remotiora sunt, tardius, languescente nimis ea vi, quæ a jacente indita fuerat. Ad eundem quoque modum vitalis motus, celer quidem principio esse potest: longius autem progressus, de celeritate remittit. Quamvis enim ἀυτοκίνητος, hoc est per se motum habentia, dicantur animalia, quod animas, quæ localis motus causæ sunt, in seipsis habeant: at corporum tamen motus præter naturam fit, utpote quæ aliena vi moveantur, atque ab anima, quæ ipsis, velut instrumentis utitur, tanquam a vestibus quibusdam per vim impellantur. Quo etiam efficitur, ut, quia motu naturæ consentaneo non carent, fatigentur tandem, ac quietem desiderent. Naturalis enim ipsis motus in inferum est, quemadmodum & corporibus omnibus gravitate praeditis. Rursum autem quæ ut naturæ consentaneum est moventur, citius moventur, cum ad loca sua

ptoprius accedunt, ut quæ integra sua elemen-  
ta expetant, ab iisq[ue] robur contrahant,  
magisque, ut ita dicam, informen-  
tur. Itaque quod in rectum movetur,  
sive ut naturæ consentaneum est, sive ut  
naturæ alienum, inæquabilem motum ef-  
ficit: solum autem id quod in orbem tor-  
quetur, æqualiter ferri potest, quia æquo  
semper intervallo a principio & a fine, hoc  
est centro, distat, ac neque ab ipso, ne-  
que ad ipsum, sed circum ipsum feratur.  
Ob eamque causam, cum circum ipsum  
perpetuo versetur, parique semper interval-  
lo distet, similiter movetur. Principium  
autem & finis & medium circuli ac globi  
centrum est. Principium inquam, quia  
secundum idem intervallum a centro, tum  
circulus, tum globus existit. Finis, quia  
omnes a circumferentia lineæ in ipso termi-  
nantur. Medium, quia undecunque pari  
intervallo a circumferentia distat. Ergo ad  
hunc etiam modum æquabilitatis ratione  
motus is, qui in orbem fit, recto motu  
præstantior ac prior est. Quinetiam ne in  
comparationem quidem cum recto motu

venire potest. Comparare autem hoc loco idem est quod conferre, ac simul ex-pendere. Motus itaque, qui in orbem fit, celeritatis aut æqualitatis aut tarditatis respectu cum recto comparari nequit: quandoquidem nec rotunda linea cum recta con-ferrri potest. Neque enim communis ipsarum mensura est. Quo fit, ut nec recta linea rotundæ par statui queat. At vero hi demum motus in comparationem cadunt, qui numero differunt, quique ejusdem generis sunt, ejusdemque speciei. Quonia[m] enim ea quæ inter se differunt, aut genere, aut specie, aut numero dif-ferunt, qua differentia inter se discrepant ea quæ moventur quatenus moventur, eadem quoque motus inter se dissident. Nam si ea quæ moventur, generis ratione inter se discrepant, generis quoque ratione motus inter se discrepabunt. Exempli gratia: Si illud accrescit, hoc dealbatur, accretio quoque à dealbatione genere dissidebit. Illa etenim ad quantitatem pertinet, hæc ad qualitatem: quæ quidem diversa sub-stantiæ genera sunt. Quod si specie diffe-rent

rant ea quæ moventur, motus quoque speciei ratione inter se dissidebunt, ut dealbatio a denigratione. Si vero inter ea quæ moventur, nulla alia nisi numeri differentia sit, solo quoque numero motus inter se different. Ita comparari quoque inter se poterunt: verbi gratia, humanus ortus cum humano ortu, ac non cum equino. Neque enim ejusdem speciei sunt. Eodem modo accretio cum ejusdem generis accretione. Eodemque item modo in alteratione, velut dealbatio cum dealbatione, & denigratio cum denigratione: & in locali motu, rectus motus cum recto, circulans cum circulari, consimiliterque in aliis. Ad hoc porro ut motus inter se comparari queant, nihil discriminis assert instrumentorum diversitas, quorum opera motus existunt: velut, si alteri pedes, alteri pennæ, motus instrumenta sint. Etenim alia quidem ratione ambulatio a volatu differt, nempe certa quadam figura-  
tione: at quantum ad localem speciem at-  
tinet, nihil inter utrumque interest. Ob  
idque etiam comparari inter se queunt,

dummodo rectis lineis vel fractis vel utroque modo fiant. Omnes autem recti motus mutuam inter se comparationem admittunt, nihil omnino ipsis impedimenti afferente qualitatum diversitate: quandoquidem unum subjectum, hoc est rectam lineam, habent, proptereaque ejusdem generis sunt, nec nisi numeri ratione inter se dissident. Unicuique porro motui, tum quies, tum motus aduersatur. Non est autem statio quies censenda. Statio quippe actus cujusdam rationem habet, estque species motui conjugata: quemadmodum terram stationem in medio habere dicimus. Actus enim terrae hic est, ut in medio sit, non secus ac coeli actus est circum medium torqueri. At vero quies actus non est, sed motus duntaxat absentia. Quæ cum ita sint, locali quidem motui localis quies opponitur, & alterationis motui alteracionis quies: atque ut uno verbo complestar, unicuique motui numero quies etiam ea, quæ hujusmodi motum antecedit, & quæ eidem succedit, aduersatur, ea tamen præfertim quæ motum antecedit. Nam quod

matus

motus fugit, & a quo discedere contendit, hoc ipsi magis contumacum est: id autem ad quod abit, & quod arripere festinat, quodammodo ipsi cognatum & familiare est. Contrarii autem motus, vel mutationes potius sunt, ortus & interitus, accretio & decretio. Item in qualitate, calefactio & refrigeratio, dealbatio & denigratio, aliæque variæ conjugationes. In locali mutatione, sursum & deorsum ut in longitudine, dextrorum & sinistrorum ut in latitudine, ante & retro ut in profunditate. Porro cum hujusmodi locales motus in rectum ferantur, solitamen ii, qui in superum & inferum fiunt, proprie simplices sunt. Omnia enim mutationum, quæ ad locum pertinent, tres sunt taxatae proprie simplices sunt, nempe ea quæ circum mundi medium est, hoc est circulatis: ea, quæ a medio, hoc est quæ in superum fit: ea quæ ad medium, hoc est quæ in inferum. Solæ inquam hæ simplices sunt, quia per eas solas naturali motu carent ea corpora, quæ simplicia esse videntur. Omnis autem simplex mo-

tus, corporis cuiusdam natura simplicis est: atque item omnis simplicis corporis simplex quodammodo naturalis motus est. Iam vero rectis motibus repugnantia inest, uti jam diximus: at motui qui in orbem fit, nullum contrarium motum esse ajunt. Nam quod motus ab ortu ad occasum, & ab occasu ad ortum, minime inter se contrarii sint, compertum & exploratum est. Siquidem errantium siderum globi utroque hoc conversionis modo circumferuntur, altero videlicet naturae consentaneo, hoc est ab occasu ad ortum, altero coacto ac naturae alieno, ut qui scilicet cum inerrantium siderum globo velut fortiori ac praestantiori, ab ortu ad occasum circumducantur. Quod si conversiones istae inter se pugnarent, qui fieri posset, ut eodem tempore in uno subjecto inter se coirent?

Quod autem ne rectus quidem motus ei, qui in orbem fit, aduersetur, ad hunc modum astrauunt. Recti motus inter se contrarii sunt, unusque uni aduersatur. Ex quo efficitur, ut nullus motus ex iis, qui in rectum feruntur, conversioni contrarius sit

sit : ne alicui plura contraria uni & eidem opponantur . Atqui haud scio an hoc argumentum a reprehensione alienum sit , ut quidam afferunt . Non enim impossibile est rectos motus alia atque alia ratione , simul & conversioni , & sibi invicem aduerteri , ac sic iuris unum uni contrarium , ut rationi consentaneum est , inveniri . Quatenus enim motuum simplicium , qui rectis lineis feruntur , alter in sublime , alter deorsum fertur , contrariorum locorum ratione inter se pugnant : quatenus autem recti motus ab aliis punctis incipiunt , & in alia desinunt , cum contra is qui in orbem feruntur , ab eodem incipiat , & in idem tandem perveniat : quatenusque item recti motus omni ex parte sunt ejusmodi , ut frangi nequeant , cum contra is qui in orbem feruntur , nullam omnino partem habeat , quæ frangi non possit : ac præterea quatenus rectæ lineaæ bis in iisdem sine quiete esse nequeunt , cum contra ea , quæ rotunda est , eandem viam sine quiete sexcenties pervagari possit : denique quatenus rectorum mo-

ruum nullus æquabilis est, cum contra istum  
qui in orbem fertur, perpetuam æquabili-  
tatem habere possit: ob has inquam motu-  
rum proprietates, non autem ob locorum  
repugnantiam, motus iste qui in orbem fer-  
tur, cum rectis motibus pugnare reperi-  
tur, omnibus, ut rectis motibus, unius  
instar sumptis, ut ei, qui in orbem fertur,  
opponantur. Talis autem oppositionis mo-  
dus in cæteris quoque rebus invenitur.  
Nam æquum & mediocre, ei quod excede-  
dit & quod exceditur, repugnat, hoc est  
majori & minori, ac rursus majus & mi-  
nus sibi invicem aduersantur. Ad hunc  
scilicet modum virtutes etiam, ut quæ in  
mediocritate positæ sint, cum iis quæ a me-  
diocritate remota sunt, pugnant, hoc est  
cum excessibus & defectibus: ac rursus  
excessus & defectus inter se opponuntur.  
Eodem item modo motus, tum motibus,  
tum quieti aduersantur: ac rursus quietes  
inter se dissident, eæ nimirum quæ in con-  
trariis locis & contrariis qualitatibus aut  
quaæ titatibus sunt. Verbi gratia, quies  
in loco superiori cum quiete in loco infe-  
riori

xiori pugnat: quies in albo cum quiete in nigro: ac denique illæ quæ quosdam motus antecedunt, cum iis quæ eosdem sequuntur. Cœterum motus alio modo quieti, & alio motui opponitur. Motui enim, ut contrariæ speciei, opponitur: quieti autem, ut prolapsioni a specie. Ac rursus quietes, ut extrema, inter se pugnant. Quod igitur motus etiam is, qui in orbem fecitur, aliquid quod ipsi contrarium fit, habeat, quonamque modo id fiat, dictum est. † Iis autem, qui ab omni repugnancia eum vindicant, hoc scilicet propositum est, ut hinc cœlum ortu carere, ac proinde nunquam interitum esse demonstrent. Si enim, inquiunt, contrariorum contrarii motus sunt, cuius rei motui nullus contrarius motus est, ne ea quidem quidquam habet, quod ipsi aduersetur. Quaniobrem cum cœlesti motui nullus contrarius motus est, ne cœlo quidem quidquam est contrarium. Atqui quod oritur & quod interit, ex contrario fiunt, & in contrarium occidunt. Cœleste igitur corpus,

cum

† Aristotelis opinio.

cum nihil contrarium habeat ex quo oriatur, & in quod rursus occidat, ortu carente, atque & ab interitu alienum esse constat. Verum qui hujusmodi verbis utuntur, cum tanquam certam & indubitatem propositionem sumpserint, quæ hoc penit, nullum motum cœlesti motui contrarium esse, tum denique cœlum a naturali ortu, atque item a simili interitu (per quos etiam elementa inter se mutantur, quippe cum ex alterius interitu alterium oriantur) exemptum esse concludunt. At qui recte sentiunt, alterius ortus ratione ortum esse cœlum norunt, quatenus scilicet ex nihilo prorsus divino imperio in ortum productum est: ac propterea interitui quoque omnino, quantum ad ipsius naturam attinet, ipsum subjectum esse censem: sensuum omnium rerum conditarum in melius commutationem, Conditoris bonitati adscribentes.

*De ortu & interitu. C A P. V I I.*

Ortus

**O**reus & interitus motus proprie non sunt, sed mutationes duntaxat. Est autem mutatio, ab alio ad aliud transitus. Hoc enim vocabulum μεταβολή, aliud post aliud significat. Præpositio siquidem μετά, hoc indicat, alterum prius in mutatione esse, alterum posterius: prius nimirum, hoc ex quo mutatur id quod mutationem subit: posterius autem, id in quod mutatur. Consideratur autem mutatio in contradictione, atque in contrariis speciebus, tam quæ absoluere atque omnino, hoc est extreme, contrarie sunt, ut candor & nigror, quam quæ quodam modo contrarie sunt, hoc est intermediae. Nam quæ eiusmodi est, ad utrumque extremonum contrarii rationem obtinet: velut, minus album. Eoque nomine, cum id quod minus album est, in magis album transit, tanquam ex nigro in album fit mutatio. Etenim quod minus album est, ratione nigroris, quod ipsi inest, in magis album mutatur. Unde etiam quadam raptum ex parte fit mutatio. Eodem etiam modo cum id quod magis album est, in mi-

nus

nus album mutatur , tanquam ex albo in  
nigrum sit mutatio . Siquidem id quod  
albius est , in eum nigrorem qui in minus  
albo est , quidam ex parte mutatur . Ob  
eamque causam mutatio ea , quæ ex inter-  
mediis ad intermediate fit , quadam ex par-  
te dicitur : quæ autem ex extremis fit ,  
absolute mutatio vocatur . Est autem mu-  
tatio quiddam amplius quam motus . Nam  
progressiones omnes , quæ a potestate ad  
actum fiunt , manente interim potestate ,  
mutationes sunt . Verum ex illis eæ dun-  
taxat , quæ quadam duntaxat ex parte con-  
trariis speciebus in contrarias species tran-  
situs sunt , remanente interim ac mutatio-  
ne in suheunte subiecto , magis proprie mo-  
tus nominantur . Quæ autem non re-  
manente subiecto , sive ex contrariis specie-  
bus in contrarias species immutantur , sive  
non ex contrariis speciebus in contrarias  
species , verum per prolapsionem & absen-  
tiā utriusvis speciei perspicuam repu-  
gnantiam habent in iis , ex quibus , & in  
quæ murantur , hæ , si proprie loqui volu-  
mus , mutationes tantum appellantur , ac

non

non item motus, ut sunt ortus & interitus, quæ per substantiam mutationes sunt. Oritur enim id quod oritur, & interit id quod interit, ex contrario in contrarium: sive quod utraque species, sive quod alterutra alterius prolapsio sit. Neque enim speciei omni speciem contrariam esse necesse est (quænam etenim homini contraria species, aut musico afferri queat?) verum alterutrius speciei absentia, hoc est privatio, ubique reperitur. At interdum privatio cum perfecta specie est, perfectas eas, quibus constituitur, qualitates habente: quemadmodum in aqua privatio ignis simul est cum aquæ specie quæ perfecta est, ac perfectas suas qualitates obtinet, nimirum frigus & humorem, quæ ignis qualitatibus aduersantur. Ac propterea ignis non modo ex sua privatione, sed etiam ex contraria ipsi specie fieri dicitur. Cum autem privatio non una cum perfecta specie existit, sed cum aliqua materia constante, ad eam speciem, quæ privationi opponitur, suscipienda accommodata, ut in sensuine privatio animalis, tum non ex contraria

traria specie, sed ex speciei absentia, hoc est privatione, oriū dicitur id quod oritur: non quod non etiam se nōn quādam species sit, sed quia imperfecta species est, atque ad perfectae speciei coagmentationem materiæ instar est, ad eamq; omniō refertur. Sunt autem fortasse quādam etiam in semine qualitates, quæ ei, quod hinc oritur, aduersentur: verum inperfectæ quoque ipsæ, neque ut perfectarum specierum qualitates, perfectæ. Quapropter illæ, quæ rei ejus quæ efficitur, qualitatibus quodammodo contrarie in semine sunt, in ejus, quod efficitur, qualitates mutantur (quod enim liquore in semine constat, exarescit, quod autem rotundum est, extendit) quæ autem ejusdem speciei sunt cum eo quod efficitur, ex imperfecto in perfectum mutantur.. Quippe ob imperfectam subjecti dispositionem cum ex semine animal, aut ex non musico musicus fieri dicitur, non ex contraria specie, verum ex speciei absentia & privatione fieri dicitur. Ob idque & ex contrario fieri, & in contrarium interire dicitur, quidquid oritur.

tur & interit. Atque omnis ortus & interitus communi modo per contradictionem dicuntur. Nam cum ens & non ens, quatenus alterum est, alterum non est, contrariae inter se species non sint, mutuam oppositionem per contradictionem efficiunt. Ortus porro, est ex eo quod non est, in id quod est, mutatio ac transitus, hoc est intermedia via, qua res aliqua ex non esse in esse constituitur. Corruptio contra eodem modo ex eo quod erat, in id quod non est, mutatio: eo videlicet quod est, & eo quod non est, actu sumptis. Ortus autem & interitus, proprie motus non dicuntur: quoniam quamvis motus imperfetus & patibilis effectus sit, tamen cum id, quod movetur, actu sit ac remaneat, moveri necesse est: quod autem actu non est, nec remanet, ne movetur quidem. Neque enim quemadmodum homo, actu existens, atque homo manens, movetur, dum per accidentia quae in ipso sunt, augetur, aut albus efficitur, aut fertur, eodem modo materia quoque in ortu mutatur. Quocirca ex nihilo in ortum progres-

sio, motus non est. Quandoquidem autem materiam separatim extitisse non dicimus (Neque enim, cum materia & forma constare corpora dicimus, ex antegressa materia vel antecedente forma corpora coagentari afferimus: sed quia sola ratione atque cogitatione materiam ac formam secernentes, utramque sejunctim considerare possumus: neutra enim alioqui sine altera existere potest) id quod tanquam materia sumitur, non ens dicitur. Atque istud cum forma, vel perfecta, vel inchoata & imperfecta, reperitur. Et quamquam ceteroqui sit aliquid, tamen non esse dicitur, quia actu non est quod efficitur. Ergo, hujusmodi non ens non movetur, nec per se, nec per accidens. Nam neque qua ratione non est, movetur, nec quia aliud quiddam actu est, cum idem ipsum maneat, moveri potest. Verbi gratia, semen, nec ut animal movetur (neque enim animal est) nec ut semen. Etenim si quoquo modo in ortu movetur, a sua natura discedit, mutationemque subiens, semen esse desinit, ac per mutationem

nem

nem alias semper aliud efficitur. Cum igitur quod ad hunc modum non est, propterea moveri nequeat, ex eo autem, quod ad hunc modum non sit, mutationis ortus sit, ortus profecto motus non est. Quin ne quies quidem. Nam quod natura comparatum est moveri, hoc etiam quietit, cum motu non cietur, hoc est, quod aeternum est. Quod autem moveri nequit, hoc ne quiescere quidecumque potest. Ex quo efficitur, ut ortus nec motus sit, nec quies. Quod si ita est, ne interitus quidem motus erit, nec rursus quies. Motus quippe, vel motus, vel quies opponitur. Quod si ortum neutrum horum esse demonstratum est, qui tandem interitus motus esse queat? qui rursus quies, cum ortus, cui interitus repugnat, motus non sit? Ortus ergo & interitus motus non sunt, sed mutationes duntur. Cum autem motus non sint, oppositam certe quietem non habebunt, sed, utpote mutationes, mutationis vacuitatem, quieti proportione respondentem. Ut enim quies, motus absentia est: sic vacuitas a mutatione, mutationis absentia

sentia. Quemadmodum igitur quieres, sic etiam mutationis vacuitates oppositionem habere reperientur: atque mutationis vacuitas in eo quod est, & mutationis vacuitas in eo quod non est, inter se opponuntur. Ac de mutationibus ratione substantiae, hoc est de simplici ortu & interitu, refricandæ duntaxat memoriarum causa hæc mihi carptim dicta sint. Dicuntur autem etiam accidentales mutationes ortus quidam, & interitus item quidam. Vellut, accretio, ortus quidam est: imminutio, interitus quidam. Neque quemadmodum animal ortum esse dicimus, cum ex semine fit, ac rursum interiisse, cum morte functum est: eodem modo absolute animal ortum esse dicimus, cum bicubitum forte fuerit, sed cum animal bicubitum extitit, & illud animalis bicubitum interiit, & cum ortus est animalis candor, & interiit animalis candor. Nam & in qualitatis immutatione candor ortus quidam dicitur, rigor contra interitus. Hoc enim in omnibus Categoriosis commune est (sive oirus absolute consideretur, ut in substantiis

stantiis, sive ortus quidam, velut in accidentibus) ut in melius præsta tuisque mutatio ortus appelleatur, in viliis autem ac deterius, interitus. Verbi gratia, in substantiis, mutatio a terra in ignem ortus absolute nominatur, interitus autem quidam: contraque item mutatio ab igne in terram, interitus absolute appellatur, ortus autem quidam: propriea quod melior & præstantior ac magis essentia est ignis substantia, deterior autem & vilior ac minus essentia, est terræ substantia. Siquidem ignis formæ respondet: materiæ autem ac privationi, terra. Quoniam enim materia formæ amplexu coercetur, forma autem materiam amplectitur, ut quæ ipsius finis & extremum sit (materiæ quippe immensitatem & infinitatem terminat ac circumscribit) proinde quoque in iis jam informatis corporibus, quæ naturali modo per locum moventur, id quod continetur (quale est quod gravitate præditum atque in medio situm est, nimirum terra) materia rationem habet: quod autem continet (quale est quod leve est atque in superiore

riore loco, nempe ignis) formæ. Atque ad eundem etiam modum in intermediiis corporibus, hoc est aere & aqua, id quod continetur, hoc est aqua, respectu continentis aeris, materiæ rationem habet: aer autem respectu aquæ, quam coercet atque complectitur, formæ. Quocirca non modo in terra & igne mutatio a terra in ignem ortus absolute dici potest, interitus autem quidam: contraque item ab igne in terram mutatio interitus absolute atque omnino, ortus autem quidam: sed etiam in aqua & aere mutatio ab aqua in aerem, ortus absolute appellari potest, interitus autem quidam: contraque item ab aere in aquam mutatio, interitus absolute, ortus autem quidam. Nec vero in substantiis tantum hæc ratio locum habet, sed & in omnibus Categoriarum generibus. Etenim in quantitate, magnum & multum formæ respondet, parvum autem & paucum materiæ. Atque eodem modo accretio formæ, imminutio materiæ. Ob eamque causam illa ortus, hæc interitus similitudinem tenet. Rursus in qualitate,

album & calidum formæ respondet: nigrum & frigidum, materiæ. Ac proinde dealbatio & calefactio ortus dici quæant: interitus contra, denigratio & refrigeratio. Omnino enim in iis quæ inter se opponuntur, præstantia, tanquam formæ rationem obtinentia, sumuntur: inferiora autem, ut materiæ ac privationis. Unde etiam in universum omnis secretio, ortus omnino vocari queat: concretio contra, interitus: propterea quod secretio concretionem antecellere videtur. Præstantius porro & inferius in rebus omnibus considerantur. Sic etiam Pythagorici aduersarias quasdam conjugationes numero decem excogitarunt, ad quas, tanquam ad principia, res omnes redigunt. Ac præstantior quidem pars hæc est:

Bonum.		Malum.
Finis.		Infinitum.
Redundans.		Integrum.
Unum.		Multitudo.
Dextrum.	Opposita autem ac deterior pars hæc est:	Sinistrum.
Lumen.		Tenebrae.
Masculum.		Fœmina.

Quiescens.		Mobile.
Rectum.		Curvum.
Quadratum		Oblongum.

Cum igitur ex alia substantia in aliam substantiam fit transitus, aut ex imperfetta, ut ex semine animal, aut ex perfecta, ut ex aqua aer, tunc ortus absolute est. Cum autem in re aliqua forma praedita, ratione cuiusdam accidentis ipsius, muratio fit, ut cum aqua ita calore afficitur, ut tamen a liquida sua natura non discedat, tum demum quidam ortus est, caloris videlicet, totum autem alteratio est. Etenim ortus ille, qui absolutus est, aliud efficit: alterius autem qualitatis; alteratio. At cum ad speciem aliquam simile aliquid ex dissimili per alterationem accedit, atque hinc nobis & quantitatis accessionem corpus facit, id quoque ortus quidam est, totum autem accretio. Verbi gratia, lignis ad ignem admotis, & incensis, flammæ accessio fit. At cum ex lignorum aut aliorum corporum confixu ignis efficitur, id non ignis accretio, sed ortus generatio tantummodo est. Cum autem ignis igni  
adjun-

adjungitur, ignis duntaxat accessio vocatur. Eodem modo, in reliquis & corporibus inanimatis res se habet. Quinetiam in iis, quæ anima p̄dita sunt, ad eundem modum accretio efficitur, assimilato nimirum per alterantem facultatem alimento corpori quod alitur, eique adjuncto, atque hinc proportione accrescente corporeorum membrorum integritate. Quocirca cum substantia ea quæ adjungitur, universum corpus non pervagatur, verum priorem substantiam protiudit, eaque vicissim priorem, atque ad hunc modum materia amplificatur, pro portione corpus totum accrescit, quemadmodum e contrario in corpore quod minuitur ac rugatur, propinquis partibus exhaustis, corpus universum imminutionem subit, per emigrationem quandam videlicet ac secessionem ubique facta diminutione. Porro autem nec quod effluit & abscedit, imminui, nec quod adjungitur, augeri dicitur, quamvis aliqui alterum per detractionem minus, alterum rursus per adjectionem majus fieri videantur. Nam & quod minuitur & quod au-

getur, remanere oportet, ut alterum imminutionem subeat, alteum accretionem suscipiat. Quod si aliquando cibus in flatum mutetur, corpus non augetur. Interitus enim ipsius est, in flatum mutatio, ac non accretio. Atque hoc nomine alteratio ab accretione discrepat, quod id quo l alterat, interdum vicissim alteratur, quemadmodum nos vestimenta, quæ frigida sunt, calefacimus, atque ab ipsis vicissim calorem contrahimus, & balneorum aer calorem nobis afferens, calore vicissim a nobis afficitur. At quod accretionem assert, nunquam vicissim accrescit: verum cum al id quod augetur accedit, atque in ipsius substantiam mutatur, per eam facultatem, quam natura huic rei quæ augetur attribuit, i.e. denique accretionis munere perfungitur, similibus nempe partibus primum ipsam excipientibus, atque ita deinde etiam dissimilibus. Hoc autem tum demum existit, cum id quod additur, quantitate superat id de quo detrahitur. Nam cum corporea materia in continua influxione atque effluxione constituta

sit, quando id quod influit & ingreditur, copiosius est eo quod effluit & abscedit, alimenium & accretio efficitur: cum autem æquale, alimentum duntaxat: cum vero etiam minus, alimentum & diminutio: nimisrum eo, quod influit, hoc tantum afferente, ut species quoquo modo conservetur. Potest quippe decrecente quoque quantitate species conservari. Neque enim decretio & imminutio absolute interitus est, sed interitus quidam: quemadmodum accretio ortus quidam. At in ea mutatione, quæ per locum sit, naturalis in superam & dextram, & anteriorem partem motus, ortus quidam dici queant: motus autem in inferam, & sinistram, & posteriorem, interitus quidam.

---

*De natura. C A P. VII.*

**N**atura, est motus & quietis principium, in eo in quo primum per se inest, ac non ex accidenti. Quoniam autem motus aëlis ejus quod potestate est, quatenus potestate est, superiorus esse dice-

batur, quies autem ejus cessatio, hujusmodi actus & cessationis causa natura est, hoc est rebus omnibus naturalibus a summo illo rerum omnium architecto insita aptitudo, & vis minime adventitia, qua per se moveantur & immutetur, ac rursus per se hujusmodi motui & mutationi fine imponant: huic in ipsis intus conditæ facultati & aptitudini naturæ nomen attributum est. Motum porro hoc loco communiore latioreque significatione pro omni mutatione accipimus. Hujus igitur mutationis, quemadmodum & vacuitatis a mutatione, causa natura est: causa, inquam, propinqua, motuique subiecta. Natura enim movet, atque ita deum movet. Primum autem & sine motu ac proprie rerum omnium, atque adeo ipsius naturæ, causa Deus est. Quod si etiam natura facere dicitur, & quidem modo rationi consentaneo: at efficiens ratio duplex est, altera per scientiam ac proprie faciens, altera sine scientia quidem & conversione ad se, verum fixe ac præscripte, atque antecedentis cuiusdam finis gratia. Qua ratio-

ne

ne natura facere dicitur , cum , quantum ad priorem rationem attinet rationis expersit . Unde etiam haud abs re Plato instrumentalem causam eam esse tradit : quandoquidem ut ascia & serra nil omnino norunt in rebus , quæ artis industria elaborantur , sic nec natura in iis rebus , quæ natura constant . Verum mens illa rerum omnium parens & architecta cuncta ante ævum explorata habet , propriequæ efficit : sic nimirum , ut natura scilicet eam aptitudinem , quam a summo illo Opifice accipit , infra præbeat : ipse autem Opifex arbitratus suo finem superne tanquam lucem quandam porrigat . Unde etiam naturæ actus perpessio potius est . patitur enim prius , atque ita efficit : movetur , atque ita demum motum affert . Ad hunc scilicet modum & motus , quatenus aliquid moveretur , & quietis , quatenus aliquid ad quietem tendit , principium & causa natura est . Principium , inquam , & causa huic rei , cui primum per se ac non ex accidenti inest . Adiuncta sunt autem hæc verba , *in quo inest* , ob ea quæ arte fiunt .

Hæc

Hæc enim externa vi quispiam facit, nec  
in domo insunt, verum in ædificante.  
Ac proinde nec domus natura, architectu-  
ra est. Additum est item, *primum*, quo-  
niam lectus etiam motus & quietis prin-  
cipium in se habet. Nam si e iuperi re  
loco quispiam eum missum faciat, in infes-  
tum fertur. At non *primum* inest lecto  
hujusmodi motus principium, verum ligno,  
ac per illud lecto. Oo idque ne natura-  
lis quidem dicitur lectus, sed arte factus.  
Ut enim lectus est, naturam non habet.  
Adiectum etiam est, *per se ac non ex ac-  
cidenti*, quia medicos æger sibiipsum mede-  
ri potest, sive motus ac mutationis in  
sanitatem principium & causam in seipso  
habebit, ac *primum*, non tamen *per se*.  
Neque enim qua ratione adversa valetudi-  
ne laborat, principium motus in sanitatem  
in seipso habet, sed ex accidenti, hoc est  
qua ratione contigit, ut qui ægrotabat,  
medicus esset. Ergo quæ natura constant,  
motus causam in se habent: quæ autem in  
arte posita sunt, extrinsecus. Neque e-  
nīm artifex, nec ars, motus causam in se  
habent

habent. Deorsum enim fertur gleba, cum externa vi non movetur: atque item externa vi lectus figuratur. Atque, cur gleba, cum ad integrum suum elementum pervenerit, quiescat, interne causa est: cur autem lectus figuretur, externe ab artifice manat. Etenim tam in iis, quæ natura constant, quam in iis quæ ab arte proficiuntur, unde motus origo, inde etiam quietis principium existit. Cœterum non omnia ea quæ naturæ vi moventur, per omnem sui motus speciem quiescere necesse est. Verum quædam ex his, quæ moventur, quietem etiam motui succendentem habent: quibusdam autem hoc accedit, ut quamvis in loco moveantur, tamen nunquam hujusmodi motum intermittent. Ac propterea natura, quæ motus & quietis principium est, iis quæ moventur, hoc assert ut moveantur, iis item quæ quiescent, hoc præstat ut quiescant, omnibus autem in universum naturalibus rebus tum motus, tum quietis causa est. Atque ad hunc modum natura motus & quietis principium esse agnoscitur. Etenim

nim non modo æthereum omne corpus per locum sine ulla intermissione moverur: sed etiam ignis , quantum ad hoc motus genus attinet, nunquam quiescit. Nam ipse quoque ita natura comparatus est, ut semper moveatur . Interest autem inter naturā & secundum naturam . Naturā enim id dicitur, quod naturalē substantiā, ut naturalis est, comitatur, eique accidit, velut corpori sanum esse & ægrotare . Verum, sanum esse, secundum naturam dicimus, ut de naturæ voluntate contingens: ægrotare autem, præter naturam . Eodemque modo igni naturā & secundum naturam hoc inest ut in superum fératur: at cum ignis per gravem materiam in inferum deprimitur, id natura fit, non autem secundum naturam . Neque enim natura eum actum, quo species perficitur, detrimento affici vult. Quin etiam naturæ vitia ab ortu contracta, & ea quæ in privatione consistunt, atque, ut in summa dicam, quæ præter votum succedunt, naturā quidem fieri dicuntur, quia secundum naturæ actionem fiunt: præter na- turam

turam autem , ac non secundum naturam , quia natura hujusmodi aliquid minime si- bi spectandum proponit . Accidit autem interdum ut a fine aberretur , quemadmo- dum in artis operibus præter artis inten-  
tionem , sic etiam in naturæ operibus præ-  
ter naturæ voluntatem . Eoque nomine ,  
aut propter redundantem materię copiam ,  
aut propter defectum , aut propter deprava-  
tionem , natura a scopo aberare dicitur .  
Atque hinc infelices successus , qui præter  
naturalem consuetudinem existunt , oriuntur  
ac dicuntur . Porro inter hæc duo præter  
naturam & supra naturam , quæ quidem ab  
eo quod naturale est , deflexiones sunt , il-  
lud discriminis est , quod id quod supra na-  
turam est , ab eo , quod naturale est , ad  
præstantius aliquid & cum utilitate conju-  
ntum deflestat : quod autem præter natu-  
ram est , ab eo quod naturale est , in quod  
deterius est , exitiumque affert . Atque  
hoc item nomine , quia præter naturam =  
imbecillitatis naturalis opus est : supra na-  
turam autem , potentia .

## Adhuc de natura. C A P. I X.

**N**onnulli materiam, quæ in unaquaque re est, naturam appellant, hoc est id quod primo in qualibet re naturali existit, concinnitatis omnis expers: ut, statuæ naturam æs, leæti lignum, atque aliud cujuspiam rei arte factæ aliud quippiam esse: naturalis autem omnis corporis, pri- man & qualitatis expertem materiam. Hinc porro ad hæc sunt, ut materiam naturam dicentes, quia in omnibus mutationibus remanet, eademque semper est. Quidam contra formam, quæ materiam ambit, naturam nuncuparunt, quia juxta naturale nomen materia non dicitur, priusquam formam suscepérit, quemadmodum nec æs statua dicitur, antequam statuæ forma n acceperit: tanquam scilicet materia potestate duntaxat sit, quippe cum unaquæque res astu notetur & exprimatur. Atque isti restius perfectiusque de natura conjecturam facere videntur, quam superiores. Alii id quod ex materia & forma

mixtum & concretum est , naturam esse tradiderunt : propterea quod homo ex homine , & bos ex bove , atque , ut brevi complectar , ex eo quod compositum est , id quod compositum & concretum est , oriatur . At hoc naturâ est , non naturâ . Alii rursum eam , tanquam procreationem & ortum ac motum , per quem a producente producitur id quod producitur , naturam esse censuerunt . Ut enim in vestimento est & qui texit , hoc est textor , & quod texitur , hoc est vestis , ac tertio loco textura , quæ motus quidam est ab eo qui efficit in id quod efficitur : eodem modo in re natura constante , est & quod producit , & quod producitur , & inter hæc duo interiecta hujusmodi φύσις , hoc est natura , quæ tanquam ἔχοντος est , hoc est productio , quam motum ac mutationem esse dicebamus . Ergo φύσεως vocabulum huic φύσι , hoc est ἔχοντος convenit : at vocabuli notio ei quadrat , quæ proprie φύσις , hoc est natura est ; quæ res natura constantes procreat & producit , atque omnium rerum naturalium pro-

xime efficiens causa est. Quemadmodum enim statuae causa est ars statuaria, alia-  
rumque item rerum in arte sitarum reliquæ  
artes: eodem modo naturalium etiam ope-  
rum natura causa est, ut ex proportione  
intelligitur, Æri enim, materia qualita-  
tis expers respondet: formæ autem statuæ,  
procreatio atque productio, hoc est natu-  
ralis motus ac mutatio: statuariæ vero arti,  
quæ æri motum affert, hoc est ipsum ad  
statuæ opus omnibus numeris absolvendum,  
movet, atque componit, ea quæ proprie-  
natura appellatur: ipsi denique statua, id  
quod ex materia & forma conflatam est:  
quod quidem naturæ opus est, non secus  
ac statuariæ artis, statua. Atque hæc ad  
Aristotelis scopuni accedunt, qui naturam  
efficientem causam constituit. Quod au-  
tem Plato de his rebus præstantius differat,  
duo principem mentem efficientem omni-  
um rerum causam, naturam autem instru-  
mentalem duntaxat, hoc est adjuvantem  
causam esse pronunciat, ex eadem propor-  
tione cuiusvis perspicere licet. Ac quidem  
corpus naturale, tum materia, tum forma

præditum esse , quippe quod ex his conserter , & ortum esse , proindeque motum ad ortum habere , atque etiam ante omnia motus authorem (nam cum motus sit , esse quoque qui moveat necesse est) hæc inquam omnia apud eos qui rationis componentes sunt , controversia omni carent . Quapropter , ut superiorim proportionem retineamus , æris , quod potestate statua est , prima illa & speciei ac formæ expers materia , quæ hoc tantum habet , ut potestate sit , hoc est quæ potestate est quidquid natura constat , corporeque præditum est , rationem haber : formæ autem statuar , naturalis forma , qua materia informatur : potestatis porro actus , hoc est motus , per quem potestas in actu producitur , æris motui , ad hoc ut in statuam effingatur , respondet , hoc est dissolutioni , efficiioni , expolitioni . Nam per hæc , id quod potestate statua est , hoc est ipsum æs , ad hoc movetur , ut actu statua fiat : causa denique motus materiae , per quem ipsius potestas in actu perducitur , hoc est , per quem motum ex eo quod materia potesta-

te corpus naturale est , eo progreditur ut  
 actu corpus naturale sit, hæc inquam cau-  
 sa , quam naturam dicebamus , statuarie arti  
 respondeat . Statuario igitur ipsi atque  
 artifici , quid tandem est quod respondeat ?  
 An non omnino primus ille ac verus ar-  
 tifex , rerumque omnium architectus , hoc  
 est Deus ? Potestne igitur fieri ut aës extra  
 artificem sit ? Et quo tandem modo hic ar-  
 tifex erit , qui artem in se non habeat ?  
 Quocirca qui naturam arti comparant , aut  
 naturam apud Deum esse concedent , Dei-  
 que sapientiam & cognitionem eam appel-  
 labunt : aut si naturam in rebus naturali-  
 bus inesse dicant , Deum a sapientia &  
 cognitione sua removebunt . An non igi-  
 tur , cum in artibus administra etiam in-  
 strumenta sint , rectius fuerit hoc dicere ,  
 naturam instrumenti potius rationem habe-  
 re , ut quæ divino motu moveantur , atque  
 alias alio modo ea quæ natura constant ,  
 immutet & invertat , iis nempe rationibus ,  
 quas summus ille architectus pro insita sibi  
 sapientia captum omnem mentis excedente ,  
 quæ res omnes efficit , tuetur , ac guber-  
nat

nat, perspectas & exploratas habet? Atque hæc de natura disputata sunt: quæ quidem, ut diximus, iis quæ duntaxat moventur, motus principium est: iis autem quæ moventur & quiescant, motus & quietis principium: principiuni inquam & proxima causa, hoc habens, ut ea quæ in sensum cadunt, moveat & ad quietem inclinet, singula nimirum certo quodam modo, pro unius illius sapientis architecti ac rerum omnium authoris Dei nutu & arbitratu.

---

*De loco & tempore. C A P. X.*

**E**orum quæ sunt, alia motus sunt, ut ortus, & alterationes, ceteraque mutationum genera: alia autem motuum principia, ut primo quidem loco Deus (hic enim summa & præcipua motus omnis causa est) deinde autem anima ipsa, suapte vi res movens, quæ ipsius participes sunt: ac tertio demum loco natura, quæ hanc aptitudinem rebus naturalibus affert, ut per se moveantur: at non item ex se,

nam hoc animantium proprium est. Eorum igitur quæ sunt, alia motus sunt, alia motus principia, alia motui subjecta, ut corpora tam simplicia, quam composita, alia denique ob ea quæ motui subiecta sunt, ut locus & tempus. Ac corpus quidem in loco est: motus autem in corpore: tempus denique in motu. Locus porro est corporis continentis extremitas motus expers, in qua continet id quod continetur, hoc est, qua parte id quod continet, cum eo quod continetur, copulatur. Ut enim vas, quod quidem locus qui transferri potest, dicitur, non omni ex parte locus est rei circumfusæ, verum cava illa interna superficies, per quam cum eo quod continetur, copulatur: eodem modo locus etiam, qui vas, quod minime transferri possit, dicitur, juxta superficiem suam, qua circumfusa corpora continguntur, intelligitur. Ita corpore quoque vacat locus, ac secundum participationem ejus rei quæ in loco est, dimensione caret. Superficies quippe est. Superficies porro, tum corpore vacat, tum longitudinis & lati-

latitudinis respectu dimensioni subjicitur. Sane, corporum omnium, quæ cœlo co-libentur, locus, est concava cœli superficies. Nam etsi, quantum ad partium lationem attinet, cœlum movetur, at alia tamen ratione motus expers est, qua nimis locum simul in totum non immutat. Itaque in universum a motu alienum est, particulaum autem motu, & quidem perpetuo, cictur, motuque maxime æquabilicem ac summe intensum efficit. Rursum ea a theris superficies, qua cum aere copulatur, elementorum eorum, quæ infra lunam sunt, reliquorumque inferiorum corporum locus est. Atque ita deinceps usque ad singula corpora tum ampliores, tum angustiores loci reperientur. Et propinquus quisque locus, idem etiam maxime proprius est, hoc est ea, qua cum ambiente corpore coniungitur, aeris aut aquæ aut terræ superficies: non transfluente videlicet aqua, ne aliqui ut in vase potius, quam ut in loco, corpus quod in ea est, relinquatur, quia transferri potest locus qui in aqua est, ac præsentim si corpus e-

tiam simul transferatur. Atque hic quidem locus complexionis ac susceptionis ratione existit. Quidquid enim rem aliquam complebitur, ei locus efficitur, tum quia ipsam ambit ac complebitur, tum quia eam suscipit. Atque hic locus est, qui latiore significatione dicitur, qui etiam motus expers est, ac separari potest, aliasque alius efficitur, prout nimirum corpora alio atque alio migrant. Ut autem accuratius differamus, locus, situs, earum rerum quæ sitæ sunt, mensura esse videatur, quemadmodum etiam tempus motionis earum rerum, quæ motu carent, mensura est. Duplex autem est situs, alter ad essentiam pertinens, alter adventivus. Quare duplex etiam locus est, alter naturalis, alter ex accidenti. Quin is quoque situs, qui ad essentiam pertinet, duplex est, alter ratione aptæ commodaque collocationis propriarum partium cuiuslibet rei, tanquam in universum considerata, per quam caput & manus & pedes, ceteraque membra in animali certo modo sita sunt, tum naturæ membrorum inter-

se, atque etiam ad totum animal habita ratione, tum totius animantis ad membra: atque item in plantis radices & stipites ac rami. Alter autem ea ratione, qua totum tanquam pars ad id quod latius patet, refertur. Ut enim unaquaque pars per se totum quiddam est, si autem cum toto comparetur, pars duntaxat: velut, caput per se quidem totum est, pars autem corporis dicitur: ad eundem modum totum etiam cum re aliqua latius patente comparatum, partis rationem habet. Verbi gratia, terra per se totum est, ratione autem universi mundi, pars dicitur. Duplex est igitur etiam naturalis locus, alter, propriarum cuiusque rei partium apta collocatio: alter, secretio & fors ad continendas singulas totius mundi partes. Quo significatu locus terrae dicitur media mundi regio. Ac si quis terram de medio mundi situ submoveat, ipsa quidem partium suarum accommodatum ordinem in sua integritate retinebit: at tum tanquam universitatis pars, situ suo carebit. Unde etiam ipsa prius missa facta, in me dium

dium feretur : tametsi aliqui partes ipsius mutuam inter se locorum conjunctioem retineant, etiam cum ipsa extra medium regionem esse animo atque cogitatione fingetur. Ob hunc porro locum res naturales tum motui subjectae , tum insistentes , partim moventur , partim insistunt: ut quæ motu carent , tanquam partes situm percipient , quæ autem insistunt , in eo loco , qui ipsis , tanquam partibus , attributus est , commorentur . Hac igitur significatione , continentis corporis extremum locus non erit . Quoniam enim modo continentis corporis terminus ordinis & secretionis causa esse queat , cum ipse potius terminus , ab iis quæ in ipso fiunt , & quæ ab eo comprehenduntur , definiatur & circumscriptatur ? Et quidem proprietarum cuiusque rei partium accommodata collocatio , inseparabilis locus est , sive res moveatur , sive quiescat . Perpetuo enim eadem manet , quandiu res extiterit . Reliquus autem locus separari potest . Nam cum corpora moventur , simul cum ipsis non movetur . Eoque nomine , quæ loci ratione moventur

eur , quodammodo in loco esse dicuntur , ac rursus quodammodo non in loco . Etenim in loco ipsis tanquam partibus assignato non sunt . Alioqui enim profecto quiescerent , cum hunc locum tenerent . At in loco corporibus aliis attributo atque secreto sunt , puta in aere , aut aqua . Atque hic est locus , qui in latitudine dicitur , aliis quidem assignatus , ex accidenti autem , eorum , quæ moventur , locus effectus . Motus enim , qui per locum fit , alias alios situs assumit , intermedio nimirum aere aut aqua divisionem tantisper subeuntibus , quoad præterierit id quod robore antecedit . Atque situs ille , quem id , quod movetur , per commutationem accipit , partium aeris aut aquæ situs est . Fit autem etiam ei quod movetur , adventius situs . Nam quod ipsum , ut rei motum subeantis situs , metitur , huic rei quæ movetur , locus ex accidenti existit . Ex quo efficitur , ut rei , quæ per locum movetur , præter partium suarum aptam collocationem nullus peculiaris locus sit . Non enim ejus loci , quem permutat , secretio  
exi-

existit, sed continentis aeris aut aquæ : cuius alias in alia parte id quod movetur, fieri solet. Itaque præclare locum definit, qui ipsum situs eorum, quæ sita sunt, mensuram esse aiunt. Hæc enim definitio locum omnem complectitur, tam in corporibus, quam in rebus corpore vacantibus consideratum. Nam in iis etiam, quæ corpore vacant, ordinis ratione situs animadvertisit. Ut binarius ante ternarium situs esse dicitur, & ternarius ante quartarium : atque hujus situs ratione numerorum locos novimus. Est autem etiam in corporibus, ut dictum est, situs, tum substantiam attingens, tum adventitius: substantialisque item duplex. Itaque pro situs discrimine ratio ea loci, quam attulimus, diversis locis accommodatur. Ac quid sit locus, ad hunc modum a nobis designatum est. Tempus autem est numerus motus. Numerus porro vocatur, tam qui numerat, quam qui numeratur : quemadmodum etiam mensura dicitur, tam quæ metitur, quam quæ mensuræ subicitur. Velut, singularis numerus, hoc est

est ex unitatis confatus , & numerus equorum aut boum . Ac rursus chœnix lignea , & item chœnix tritici : & amphora figlina , & item aquæ amphora . Quin id etiam quod numeratur , duplex est , alterum ratione quantitatis , ut duos motus aut tres dicimus : alterum ratione ordinis , ut priorem ordinem & posteriorem dicimus . Est igitur tempus numerus motus , tam ut numerans , quam ut numeratus . Numeratus autem ratione ordinis , vel ratione prioris & posterioris : priori nimur ac posteriori secundum substantiæ extensio nem usurpatis . Ac quidem tempus a primo & simplici motu , qui in orbem fit , numeratur , vicissimque eum numerat . Alioqui si hujusmodi motus a tempore non numeretur , a quo tandem numerabitur ? Tempus itaque primum ac principem motum , hoc est conversionem metiens , per eum deinceps alios quoque motus metitur . Ac proinde conversionis quidem numerus tempus erit , tum ut numerans , tum ut numeratus : reliquorum autem motuum , ut numerans dñntaxat , non item ut

ut numeratus . Non enim meæ etiam ambulationis, & tue dealbationis numerus tempus erit (Nam si ita res se haberet , non utique diversitatis expers esset , nec per unum temporis punctum secerneretur . )

Verum cum per primum ac simplicem duntaxat cœli motum , juxta id quod in prius & posterius est , tempus numeretur (etenim quod prius & posterius in hujusmodi motu numeratur , tempus est) ita denique ea , quæ in diversis motibus priora & posteriora sunt , per unum suum temporis punctum numerat . Unde etiam simul ubique idem tempus est: quippe cum motus omnis mensura sit . Tempus enim motum omnem metitur . Quemadmodum autem aliis motibus majorem vim habet motus ille , quo res aliqua per locum agitatur: ita etiam tempus , quod cum eo existit , majorem eo vim habet , quod cum aliis existit . Atque etiam haud scio an non , si rem accuratius consideremus , hoc tempus quod cum locali motu conjunctum est reliquos etiam omnes motus , puta ortus , accretiones , alterationes , metiatur .

Ecc-

Etenim per horas & dies , & menses , & annos , alienum etiam motuum extensionem metimus . Nec vero motuum duntaxat mensura tempus est , sed etiam quietum . Nam & illas tempus ex accidenti metitur . Non enim ut quietes sunt , hoc est motuum absentiae , in mensuram cadunt : sed qua ratione ipse quoque quodammodo motus dici possunt . Duplex enim est motus , alter quieti oppositus , alter fluxus tantum & extensio , quæ quidem etiam quietem comprehendit . Ita tempus , tam quod movetur , quam quod quiescit , metitur . Nam & quantus ipsius motus , & quanta quies sit , metitur , hoc est utriusque horum , quantum ad substantiam attinet , extensionem . Ac proinde , ut summatim dicam , tempus est mensura ejus , quæ in ortu est , fluxionis : quæ quidem communis est & motus & quietis , & essentiae in omnibus rebus quæ oriuntur . Tempus autem non ideo numerus dicitur , quod absolute atque omnino numerus sit (siquidem continuus etiam ipse est , quemadmodum & motus , & ma-

gnitudo) verum quia per distinctionem pri-  
oris & posterioris , quod in continuatione  
est , ab iis agnoicitur , qui hanc vim ha-  
bent ut tempus sentire possint , propterea  
numerus dicitur . Nec vero tantummodo  
numerus est , sed etiam mensura ipsum  
quoque est , non secus ac numerus . Qua-  
druplex enim mensuri est , numerus nem-  
pe , magnitudo , locus , & tempus . Nu-  
merus distinctionem metitur , magnitudo  
distantiam , locus omnis generis situm ,  
tempus ortus fluxum & extensionem . Di-  
viditur autem proprie tempus in præteri-  
tum & futurum , & quidem per temporis  
punctum dividitur . Estque temporis mo-  
mentum præteriti finis , & futuri princi-  
pium , temporis autem pars ne minima  
quidem : verum quod est in linea punctum ,  
& in motu *κίνησις* , id est motus punctum ,  
hoc etiam in tempore est temporis pun-  
ctum . Quantitatis enim expertia atque  
ab omni divisione aliena sunt , linea , mo-  
tus punctum , & temporis puncta . Atque  
ad hunc modum se habet id quod primum  
at per se temporis punctum dicitur . Ut

au-

autem & corporis continentis terminus locus dicitur, & item domus tota locus eius qui in domo est, quatenus continentis corporis terminum continenter in se habet: ad eundem modum temporis quoque punctum dicitur, tum quod primum ac per se est, hoc est quod partibus caret, atque ab omni divisione remotum est, tum hoc ipsum quod in instanti tempore dicitur: quod quidem temporis pars est, ac juxta latiori divisionem a praeterito & futuro distinguitur. Punctumque dicitur hujusmodi temporis pars, quatenus continenter in se habet punctum illud, quod primum ac per se punctum temporis dicitur. Instans igitur tempus est, quod in utramque temporis partem adiacet, estque huic temporis punto, quod proprie dicitur, particulare tempus, ex praeterito & futuro constans: ac propter eam affinitatem & propinquitatem, quam cum punto temporis, quod proprie dicitur, habet, punctum quoque temporis ipsummet appellatur.

*De infinito . C A P . X I.*

**I**Nfinitum quinque modis dicitur. Primo, id quod partibus & quantitate caser, ut in linea punctum. Linee enim finis punctum est: at punctum ipsum finis est expers, quandoquidem ne pars qualem illa est. Ex quo efficitur, ut quotunque puncta inter se confluant, ne minimam quidem lineae partem perficere possint: quippe quae ne sese quidem tangere queant, verum cuncta dantaxat accommodentur. Nam quae se tangunt, in terminis sese tangunt. Quae autem partibus omnibus carent, non est dubium quin eadem termino quoque careant. Quae autem termino carent, ea ne tangere quidem sese possunt. Etenim ea de num se tangere dicuntur, quorum termini conjuncti sunt. Quam autem rationem habet punctum in linea, eandem habet punctum temporis in tempore, & motus punctum in motu. Quamobrem cum lineae, temporis & motus puncta nullas partes

tes, nullumque proinde terminum habeant, idcirco infinita dicuntur, hoc est nudo fine circumscripta. Secundo modo infinitum id dicitur, cui figura haec affert, ut nullus ipsius finis inveniri possit, ut in rotundis ac spharæ speciem imitantibus figuris. In his enim per inversionem semper aliquid accipi potest, quamvis ab illam ad eadem semel atque hincum ac sapius voluntatio fiat. Tertiū modo infinitum dicitur, quod ita constitutum est, ut nullo modo, vel potius non nisi ægre transiri queat, ut Cretensis labyrinthus, & apud Lacedæmonios barathrum ilud cui Ceadæ nomen erat, in quod rei capitalis dannatos injiciebant. Nam quod ex labyrintho exeundi ratio aliqua esset, Dædalus ejus artifex ostendit, cum in labyrintho una cum filio Icaro a Minoe inclusus, fuga se subduxit, atque ante eum Theseus, cum de Dædali consilio in portæ ingressu filum appendit, ipsumque in egressu secum traxit. Quod autem ex Cada exitus etiam aliquis pateret, vulpes ea planum fecit, quæ Messenium Aristomenem

duxit, exitumque ei demonstravit. Quarto modo infinitum istud dicitur, quod cum ita naturâ comparatum sit, ut transire possit, alia tamen ratione transitu caret, quia madmodum torrida, & nimio frigore rigida terræ regio. Quatenus enim uniusque magnitudo finita est, utraque etiam peragrari potest: verum aeris intemperies obstat, quominus peragrari queant. Quinta & magis propria infiniti significatio est, ex quo aliquid semper sumere licet, non autem idem. Hoc autem in numero consideratur per additionem, in magnitudine vero per divisionem. Nam & omni numero semper aliquid adjicere licet: & quidquid continuum est, infinite dividiri potest. At in tempore ambo simul confluunt, additio nimium & divisio. Ac per additionem quidem hoc habet futurum tempus, ut infinitum sit: per divisionem autem, praeteritum. Quin in his etiam quæ auerentur, & quæ dividuntur, potestate infinitas inest, quia scilicet & illa semper augeri, & hæc dividi possunt. Nam neque numerus auctu in infinitum auctus est:

quip-

quippe cum quivis numerus sumptus actu finitus sit: neque magnitudo actu in infinitum divisa erit: quandoquidem omnis divisio actu effecta finitas sectiones ponit. Ad hanc igitur modum omne quoque tempus, quod actu divisum est, vel additionem suscepit, finitum ac terminatum est. Ac proinde in quibus rebus est infinitum, potestate tantum agnoscitur. In eo enim quod lectio semper fecari queat, nec unquam finem habere, ac iursos accretio semper augeri, nec unquam finem habere, infinitum consideratur. Ex quo perspicuum est, infinitum in ea demum re locum habere, quæ dividi atque augeri possit. Quamvis enim non dividatur id quod dividi potest, nec item augeatur id quod augeri potest, nihilominus tamen alterum in infinitum dividi, alterum in infinitum augeri potest. Quamvis autem etiam in eo quod dividitur & quod augeatur, infinitum consideratur: at istud tamen intelligendum est, quandiu dividitur & augetur. Atque accretio in infinitum, itemque divisio, potestatis actus est, ve-

rum imperfectus. Remanente enim potestate, sit: & dum sit, suum esse habet. Et quenadmodum rei quæ motu cieri potest, actus id quod potestate est conservans, motus esse dicebatur: sic etiam rei i divisionem & accretionem cadentis actus, id quod potestate est retinens, infinitatem habet. Similiter enim atque a potestate se-junctus est, statim finem cepit, atque infinitatis jacturam fecit. Itaque infinitum a potestate minime excedit. Atque ad hunc modum Plato magnum & parvum infinitum dicebat, quod in utrumque partem infinitas potestate sit, At quantum ad perfectum actum attinet, nulla omnino in mundo magnitudo, nec multitudo infinita est. Neque enim ulla magnitudo coelum excedit: quod tamen finitum est, quippe cum ipsius quoque motus finitus sit. Item breviore temporis spatio quam diei unius integri, totum ex eodem punto in idem per gyrum voluitur. Porro cum coelum, quod omnia complexu suo coercet, finitum sit, quo tandem pacto intra ipsum infinita multitudo esse queat?

Ac

Ac rursus alio modo ita agamus : Cum infinito nihil maius tuni possit (nam si posset, infinitum profecto infinitum non esset, cum maius aliquid seipso haberet, ac proinde finitum esset) fingamus arenam multitudine infinitam esse . Adjunctis igitur ad eam in civicis animantibus, stirpibus, scillis, aliisque omnibus rebus corpore constantibus, major omnino multitudo reperiatur . Ex quo efficitur, ut arena quoque finita sit : siquidem multitudo ea major invenitur . Consimiliter autem reliqua etiam corpora, si privatim considerentur, citia omnem dubitationem finita esse cognoscentur . Ex quo perspicue constat corporum omnium multitudinem finitam esse . Nam quod ex finitis conflatum est, sine ulla controversia finitum est . Concludendum est igitur nihil in mundo infinitum esse .

---

*De elementis. C A P. X I I.*

**D**E primis & incorporeis ac simplicissimis elementaribus omnis naturalis

T 5

corpo-

corporis principiis, hoc est de materia & forma, seu de informi materia, & qualitate materiarum experte (qualitas enim forma est, ut quae corpus qualitate affectum informet) superius dictum est. Nunc autem de quibusdam aliis secundis principiis corporeis, ex primis illis principiis conflatis, dicendum est, quae quidem proprie elementa & simplicia corpora appellantur: elementa ne rite, quoniam reliqua naturalia elementa continenter ex his conflantur: corpora autem simplicia, respectu eorum quae ex ipsis constant. Omnia enim ea, ex quibus compositio fit, ea quae ex his componuntur, simplicitate antecedunt. Ac quidem repugnantiam in speciebus esse (si quidem omnis ortus ex contrario est, ac etsimus omnis interitus in contrarium) prius admonauimus. Quoniam autem, cum corporum omnium, tam naturalium, quam sensibilium, principia investigaremus, materialiam ac repugnantiam cognovimus: hinc videlicet sequitur, principem omnem repugnantiam sensibilem esse, nec tamen quamlibet sensibilem, sed eam demum, quae materiae

teria maximæ adjuncta & communis est, atque omnia corpora pervagatur. Ejusmodi autem est ea, quæ sub tactum cadit. Nam cum sensuum omnium primus secundum naturam tactus sit, non abs re hoc quoque communiter omnibus rebus sensilibus imperit, ut tangi possint. Ex sensilibus porro, quadam oculorum sensu fugiunt, propterea quod colore carent, ut aer: quædam exaudiri nequeunt, quia strepitum nullum edunt, ut spongia & lana: quippe cum, duris etiam & renitentibus corporibus, non per se, verum per collisionem cum aere, hoc naturâ comparatum fit, ut strepitum emitant. Quin ne odores quidem sensilia omnia peragant. Aer etenim, ut coloris, ita etiam proprii odoris expers est. Atque hac ratione transvehendorum colorum & odorum facultate praeditus est. Ac ne qualitates quidem ad gustum pertinentes in omnibus existunt, Aqua siquidem, cum saporibus subiecta sit, per se tamen sapore caret. Solas autem eas qualitates, quæ ad tactum spectant, per corpora omnia grassari perspicimus.

Ac

Ac proinde tactui subjectæ sunt et repugnantiae, quæ per omnia corpora gravari, maximeque communia principia esse possunt. Quænam ergo sunt et repugnantiae, quæ sub tactum cadunt? Frigiditas & caliditas, humiditas & siccitas, levitas & gravitas, molles & durities, viscositas & ariditas, levitas & asperitas, tenuitas & crassities, raritas & densitas, quæ omnes conjugationes numero octo sunt. Harum quædam mutuo in se agere nequeunt: quædam autem in aliis comprehenduntur. Necesse est autem ut principes repugnantiae in se mutuo totæ in totas agant, quo per eas ortus & interitus perficiatur; nec aliæ sub aliis collocentur. Quoniam enim alioqui modo æque principia esse possent? Enimvero grave & leve, asperum item & leve, nec agere nec pati possunt. Nam nec grave gravitatem, nec leve levitatem vicino corpori impetrare queat: nec iursus asperum asperitatem, nec leve levitatem. At vero molle & durum, viscosum & aridum, tenue & crassum, rarum & densum, hæc inquam omnia

omnia una cum humido & sicco coeunt. Etenim humidum in alieno termino facile coercetur, meatusque replet. Cujusmodi etiam est quod partium tenuitate praeditum est: quippe quod in omni termino facile contineatur, & quae inania sunt, repleat. Siquidem in modum nucum injecta simila, in intermissiones nacum, hoc est solidi corporis, vacuas regiones penetrare atque eas replete potest. Quod etiam ipsum id quod humidum est, efficit. Nam aqua omnem terminum comitatur, qui quidem tangatur & contineat. Ob eam igitur causam tenui sub humido collectant: eodemque modo crassum sub duro. Quemadmodum enim siccum in suo quidem termino facile coercetur, in alieno autem ægre (repugnat enim, nec iis a quibus continetur obsecundat) eodem modo etiam crassum, quia partium magnitudine praeditum est, non in omnem regionem penetrat. Iti sen quaque densum & rarum, alterum sub sicco, alterum sub humido constituunt. Videndum autem, ne tenui & crassum, rarum & densum ab efficientibus & patientibus

tibus qualitatibus idcirco submoveantur, quia nec ipsa mutuo inter se tota in tota agere queunt. Nec vero arenam aut cinerem quisquam ob eam partium tenitatem quae ipsis inest, humida vocare cogitur, cum perspicue sicca sint. Nam viscosum cum quadam affectione humidum esse constat. Quod si viscosum humidum est, aridum certe, quod cum eo pugnat, siccum erit. Contraria quippe contrariis insunt. Cedit autem tactui molle, quantum humilitatis particeps est. Cedere enim proprium est humili. Eoque nomine inolte etiam sub humido comprehenderetur: proindeque etiam durum sub sicco. Hinc igitur liquet duas tactui subjectas repugnantias reliquas esse, quae ita comparatae sint, ut totæ per totas agant & patiantur, nec ullo modo sub quibusdam continentur, caliditatem videlicet & frigiditatem, humiditatem item & siccitatem, quæ communia proculdubio corporum omnium sensum moventium informantia principia sunt. Quin διερπον quoque, & quod madefactum est, & quod proprie humidum

midum est, quatenus ejusmodi sunt, sub eo quod simpliciter & absolute humidum est, comprehenduntur. **διερπόν** perro id dicitur, quod superficie tenus alienam humiditatem habet: ut si quis in lapidem fortasse, aut lignum, aut animantis corpus, aut etiam in vestem aquam infundat, dum tamen parce. Nam quod in intimis partibus alienam humiditatem habet, mædæfactum nominatur: cuiusmodi scilicet luttum est. Proprie autem humidem id appellatur, quod propriam in imo abstrusam humiditatem habet, eamque ostendit, quem admodum cera, plumbum, & cætera quæ liquefcere possunt, cum liquefcunt. Quod si haec quæ commemoravimus: sub eo, quod simpliciter & absolute est, humido continentur, non est dubium, quin contraria quoque complectatur id quod absolute siccum est. Opponitur autem **διερπώ** id quod proprie siccum est, quod quidem ne superficie quidem tenus alienam humiditatem suscepit: mædæfacto autem, id quod mæditatis expers est: ei autem quod proprie humidum est, id quod concretum ac rigidum

dum est, ut sunt ostrea, & metalla, tam  
quæ liquefcunt, quam quæ liquefcere pos-  
sunt, antequam liquefcant. Concretorum  
enim ac rigidorum quedam liquefcunt,  
quædam liquefcere nequeant. Ei denique  
quod simpliciter humidum est, ac totum  
omnino perspicuan sua n humiditatem sem-  
per habet, id etiam opponitur, quod ab-  
solute siccum est, hoc est quod totum ita  
dem prorsus initim accitatem habet. Quæ  
cum ita se habeant, quoniam omnis in  
universum repugnantia tactui sujepta, tam  
quæ efficiendi, quam quæ perpetiendi fa-  
cultyate praedita est, praedictis iuibus conju-  
gationibus associatur, neutra autem harum  
sub altera invenitur (neque enim calidum  
ullum aut siccum sub altero collocatur,  
alioqui quidquid calidum, idem quoque  
siccum, aut quidquid siccum, idem quoque  
calidum esset: nec frigidum ullum & sic-  
cum sub altero propter eandem causam po-  
nitur; multo sane minus contraria sub con-  
trariis esse possunt: quid enim ea quæ in-  
ter se pugnant, alia sub aliis esse queant?)  
constat profecto corpora ea, quæ a praedictis

repue-

repugnantiis primo informantur, naturali in omnium corporum continua elementa esse. Informatur autem primum ignis calore & siccitate, ac præcipue calore. Aer autem calore & humore, magis tamen humore. Aqua vero humore & frigore, sed potissimum frigore. Terra denique frigore & siccitate: sed majori ex parte siccitate. Ignis igitur & aer & aqua & terra continua compositorum corporum naturalium elementa sunt. Quæ quidem elementa, non ut elementa, sed ut corpora qualitate praedita, tum alia ex aliis oriuntur, tum alia in alia occidunt. Atque ea quidem, quæ communem qualitatem naturam sunt, ut ignis & aer calorem, & aqua & terra frigus, facile alia in alia migrant, ut quæ qualitatis unius ratione prorsus immutentur. Quæ autem utriusque qualitatis respectu inter se opponuntur, ea tardius inter se mutuo demigrant, ut aqua & ignis, terra & aer, quæ etiam absolute inter se contraria sunt. Nec obstat quod ea essentiæ sunt, essentiæ porro nihil est quod aduersetur. Non enim, ut essentiæ atque subjecta sunt, ignis & aqua, ruisusque aer & terra

U

inter

inter se pugnant : sed earum qualitatum ratione , per quas informantur . Calor enim , qui ignis praeditus est , cum aquæ frigore pugnat , ac siccitas cum humore : rursumque humor aeri insitus terræ siccitati aduersatur , & calor tristitia : ac denique in omnibus elementis contrariæ qualitates contrariis opponuntur . Omnes porro , quæ ad substantiam pertinent , qualitates , etiamsi species quædam sunt (et enim cum primo subjecto , nimirum materia , secundum subjectum , hoc est corpus , efficiunt) tamen si separatim sine subjecto considerentur , accidentia sunt . Eaque de causa & forma , & informantes qualitates appellantur : quippe cum altera sit forma quam efficiunt , ab ea specie diversa , cuius ratione ipsæ species dicuntur . Altera enim simul cum materia intelligitur , & essentia atque subjectum est , ut ignis qualiterius ignis , & terra quatenus terra , & reliquæ species quæ efficiuntur . At altera illa species , per quam qualitates species dicuntur , tum sine materia excogitatur (quoniam enim alioqui pacto corpora ex materia & forma dici possent ?) tum nec essentia nec

sub-

Subjectum est. In subjecto autem praesentim,  
quamvis aliquando essentia dicatur, propterea tamen essentia dicitur, quia cum subiecto essentiam unam efficere potest, neque ab eo quod effectum est, citra ipsius interitum hoc est dissolutionem, decedit. Ob ea inquam causam species, & secunda & minus essentia dicitur, imo, ut rectius loquar, essentiale quiddam, ac non essentia. Rursumque proprie ac primum & maxime essentia esse a veris Philosophis traditur & affirmatur. Nam quod sine materia excoigitatur, ut quod in materia, tanquam in subjecto existentiam habere queat, non sine causa essentia proprie non dicitur. Quod autem simul cum materia actu est, & cum ea subjectum unum existit, tanquam per synecdochem ab altero eorum, quae ad compositum omnibus numeris absolvendum concurrent, universo nuncupato, hujusmodi species optimo jure essentia proprie ac primum & maxime dici queat. Hoc porro maxime speciale est, quod particulares omnes essentias complectitur & comprehendit, eandemque ad eas rationem habet, quam inter-

grum aliquid ad similares suas partes. Atque ad hunc modum Plato quoque singulos homines minutus hominis particulas appellavit. Eni nvero cum quatuor generales qualitates sint, non abs re etiam quatuor clementia sunt, duplice inque singula qualitatem acceperunt. Nam hinc duntaxat fit, ut elementis repugnantia inter se atque affinitas insit, propter quas ortus & interitus existit, atque universitas conservatur. Etenim per repugnantiam ortus & interitus efficitur. Omnia enim ortus ex contrario a contrario est: ac rursus omnis interitus in contrarium a contrario. Neque enim a quolibet afficitur id quod afficitur, verum a contrario. Verbi gratia, frigidum a calido calore afficitur. Et lucerna in ingentem rogum conjecta extinctionem subit. At interim ea non a simili afficitur, verum a contrario. Quippe minor flamma a majore absimitur. Majus porro cum minore pugnat. Igitur propter repugnantiam ortus & interitus efficitur: propter affinitatem autem & cognitionem, universitas permanet. Etenim frigiditatis ratione terra cum aqua, & ratione humiditatis

tis aqua cum aere , & ratione caliditatis aer  
cum igne , & ratione siccitatis ignis cum  
terra copulatur . Atque ad hunc modum  
concinnus quidam orbis conjunctionis rerum  
inter se pugnantium omnibus suis partibus  
perficitur , ac chorus ex dissidiis & commer-  
ciis inter se devinctus absolvitur . Quin per  
ponderum quoque momenta tum copulan-  
tur , tum dirimuntur elementa . Gravis e-  
nimir duntaxat est terra , proindeque omni-  
bus elementis subsidit : levis duntaxat ignis ,  
eoque nomine supra res omnes , quibus hoc  
a natura insitum est , ut in reatum ferantur ,  
eminet . At aqua terram quidem levitate  
superat , atque hac ratione eminet : gravita-  
te autem aerem , haeterusque subsidit . Aer  
vero , ut aqua levior , ita rursum igne est  
gravior . Ac propterea si per se & absolute  
considerentur elementa , terra grave elemen-  
tum est , ignis leve , aer autem & aqua alia  
atque alia ratione levia & gravia sunt , suau-  
que opera , ea quæ maximo intervallo dis-  
sita sunt , hoc est ignem & terram , inter  
se copulant . Etenim quadam ratione magis  
inter se contraria sunt ignis & aqua : quadam

U 3

autem

autem rursus ratione ignis & terra . Nam si  
efficientium & perpetuentium qualitatum ra-  
tionem habeamus , ignis & aqua magis inter  
se dissident : si autem ponderum momenta  
consideremus , ignis & terra maxime inter se  
pugnant . Hincque etiam permagna locorum  
inter se distantia ipsis contigit . Terra enim  
cunctis corporibus inferior est: superior con-  
tra, hoc est statim infra Lunam ignis . Hic  
potro de elementari igne loquimur , quod  
proprius ~~πυρεμαυρος~~ , hoc est fomes ,  
vocatur , quia cum motum aliquem nanci-  
scitur , plerumque inflammatur , ignisque e-  
iusmodi efficitur , qualis est is , qui nobis  
usui est , atque inservit . Hoc enim differt  
ignis elementaris ab eo quo utimur , quod  
is quo utimur , supra modum servidus est ,  
ut glacies supra modum frigida . Eoque fit ,  
ut nec ex glacie quidquam oriatur , nec ex  
igne quo utimur . At vero elementaris ignis ,  
& elementaris aqua , generandi vim habent ,  
atque ad compositorum corporum coagmen-  
tationem assumuntur . Cum autem modum  
excedant , haec quidem glaciem , ille au-  
tem hunc ignem , quem ad usum nostrum

ad-

adhibemus, efficit. Enimvero cum alterum elementum multis partibus alterum excedit, quod minus est, a majori superatum, immutatur, prorsusque tale efficitur, quale id a quo superatur. Cum autem quæ contraria sunt, æquas quodammodo vires habent, neutrumque alterum viribus magnopere superat, tum demum compositum corpus efficitur, dum nimis utrumque vim suam in alterum exerit, rursusque ab altero afficitur, neutrumque propter virium æ qualitatem ab altero superatur, verum utriusque extremitates retenduntur, atque intermedium aliquid oritur. Quoniam autem intermedium istud simplex & individuum non est (etenim in latitudine consideratur, ac valde diversum est, quemadmodum id quod inter album & nigrum interjicitur: est enim pallidum, & rufum, & fuscum, aliqua item multa) proinde etiam complures sunt compositorum species, arque inter se diversæ, diversis tam essentialibus quam adventitiis qualitatibus præditæ, pro ratione videlicet temperationis atque commutationis elementorum, hoc est ignis, aeris, aquæ,

ac terræ. Nam hæc sola corporum elemen-  
ta vocare permultis Physicis placet, in iis  
que magni illi inter medicos nominis Gale-  
no: materiam autem & qualitatem, hoc est  
formam, principia duntaxat. Hoc enim in-  
ter principia & elementa discrimen consti-  
tuunt, quod principia ejusdem cum his re-  
bus, quarum principia sunt, generis esse mi-  
nime necesse est, cum contra elementa ejus-  
dem omnino generis sint. Eoque nomine  
simplicem qualitatem, puta calorem, aut  
siccitatem, aut frigus, aut humorem, com-  
positæ qualitatis elementum esse aiunt, ni-  
mirum caloris simul & siccitatis, ac rursum  
frigoris simul & humoris: simplex autem cor-  
pus, corporis ratione simplicis elementum, ver-  
bi gratia, ignem, aut aerem, aut aquam,  
aut terram, compositi corporis elementum.  
Simplex enim corpus est materia cum quali-  
tate conjuncta, puta cum calore, aut frigo-  
re, aut siccitate, aut humore. Atque hæc  
quatuor elementa pura & sincera, mens sola  
distinguens intueri potest. Neque enim ul-  
lum eorum ab aliis rum commixtione liberum  
atque immune est: quandoquidem omnia per

ea

ea, quæ alterum ac diversum genus seu speciem habent, adulterata, & cum eis permixta sunt, atque aut uberior aut parcius inter se communicantur: ita ut ratione ejus quod vincit ac dominatur, aliud ignis, aliud aqua, aliud aer, aliud terra nuncupetur. Quod etiam ipsum sensus quoque docet. Terra enim per aquæ complexum, tanquam glutine quodam dejuncta comprimitur, minimeque perforatur: per ignem autem colore inficitur, ac velut recreatur. Plena item semper est, locum nimiron atque adiutum vacuo minime concedens: quamvis aliqui propter aeris ingressum effluat; eoque etiam fit, ut recta stet, atque a ruina libera emineat. Quod etiam in reliquis elementis perinde reperiire est. Quin ex ipsa quoque elementari natura istud animadverti potest. Elementa namque, ut elementa, separatim nusquam sunt, quemadmodum nec viginti quatuor sermonis elementa: verum mutuo inter se commeantia, compositum corpus efficiunt. Ut enim partes totius sunt partes, nec tamen separatim esse queunt, cum partes sint: eodem etiam modo elementa com-

positi corporis elementa sunt , mutuoque inter se comineant , nec unquam separatum existunt , verum inter se primum conimixta , atque per unius cuiuspiam præpotentiam informata , ita denum ex his quæ vincunt ac dominantur , tanquam ex simplicibus , per secundam compositionem , & animantia , & plantas procreant . Quanquam & plantæ & animantia , & denique terrena omnia , terræ quam reliquis elementis copiosius participant . Quoduis enim elementum in regione sua superiores fert . Quare cum terræ locus universitatis medium sit , iis etiam , quæ in terræ loco sunt , plus terræ insit necesse est . Deinde autem & aqua , item & aer , & ignis , pro ratione localis intervalli , haec elementa a terra remota sunt , ipsis impeditur .

*De flammis ardentibus quæ in celo apparent , & de iis quæ capræ , & faces , & stellæ tractæ vocantur . C A P . X I I I .*

**I**N superiori loco , a principio Firmamenti usque ad Lunæ finem , æthereum corpus est

est: in inferiori autem, ad medium, ac circum medium, gravissima & frigidissima corpora, hoc est terra & aqua, terra nimis ad medium, aqua autem circum medium. Porro inter hæc corpora & ætherem est aer, & ignis ille, qui elementaris appellatur: aer scilicet, deinceps post terram & aquam, post aerem autem ignis elementaris, qui quidem diversus est ab eo igne qui actu est, hoc est qui usibus nostris inservit, estque excessus ac velut ebullitio caloris. Qui autem ob exuberantem vim aer dicitur, qua parte terræ vicinus est, humidus potissimum & calidus est; nam cujusdam etiam siccæ exhalationis a terra particeps est: verum humidæ copiosius. Hujusmodi nimis est hujus elementi, quod aerem appellamus, ea pars, quæ terræ propinqua est. Nam quæ sublimior est, calore jam & siccitate prædicta est: atque ignis ille est, quem elementarem dicimus, qui licet ignis dici soleat, propriamen ~~urætex; exu~~ i. fomes, vocatur. Persepe enim vel exiguum motum consecutus, inflammatur, perfeclissimusque ignis efficiatur. Hic porro elementaris ignis cum æthe-

re cohæret. Quippe in concava Lunaris glo-  
bi superficie cum eo copulatur. Et quem ad-  
modum æther partim purus est, partim ha-  
ud ita purus, ac præsertim qua parte cum fo-  
mitie conjungitur, quæ quidem est velut æ-  
theris fæx ac sedimentum: sic etiam pars quæ-  
dam formitis omnino calida & siccata est, ni-  
mirum quæ sublimior est, ætherique propin-  
quior: quædam autem non ita calida & sic-  
ca, nempe quæ inferior est, atque ab æthere  
remotior. Nam cum æther, & corpora quæ  
ipsius complexu continentur, in orbem vol-  
vantur, id quod ei hæret, perpetuo per mo-  
tionem secretum inflammatur, summeque ca-  
lidum ac siccum est: quod autem ab æthere  
longius diffitum est, non perinde, pro ra-  
tione scilicet distantiae. Simul porro, ut ra-  
tioni consentaneum est, cum æthere univer-  
sus fomes movetur: una etiam quodammodo  
propter cohærentiam fertur vicinus ipsi aer,  
hac duntaxat portione excepta, quæ intra  
prominentes terræ partes est, ac terræ inæ-  
quabilitates replet, eamque integrum reddit,  
ut cum aere rotunda sit. Hæc enim aeris por-  
tio non jam in orbem una cum æthere torque-  
tur

tur, quia turbida & crassa, proindeque gravis, est, atque ejusmodi, ut ægre moveri possit: tum quia aquæ ac terræ affinis est: tum etiam fortasse, quia prominentes montes, ne alio migret, impedimento ipsi sint. Hujus igitur portionis aeris, quæ non una cum fomite movetur, pars ea, quæ longius a terra distat, frigidior etiam est, quia nec a motu nec a Solaribus radiis calescit. Nam cum Solares radii in terram incident, ac rursus ab ea reflinguntur, per duplum transitum incalescit ea pars aeris, quæ proprius ad terram accelerat: quæ autem ab ea longius remota est, quaterus remotior est, haec tenus quoque contractum ex radiorum refractione calorem minime recipit. Debilitantur enim refractiones, cum radii in obscurum aerem funduntur, ac dissipantur. His ita constitutis, dilucidius ita differamus. Cum terra & aqua a Sole calefcunt, aut terra ipsa, & quid in ea aut circum eam humidi est, tum variæ exhalationes efficiuntur. Atque ea quidem, quæ ex humiditate oritur, humida est, vaporque nominatur. Quæ autem ab ipsa terræ substantia, quæ siccitate prædicta est, ipsa

ipsa quoque sicca est, ac fumosa & flatuosa exhalatio dicitur, atque ab solute exhalatio nūncupatur. Utraque autem caloris particeps est: quia per calorem sunt. Atque vaporis quidem natura calida & humida est: exhalationis autem natura, calida & sicca. Ac vapor potestate aquæ instar est: exhalatio autem potestate instar ignis. Ad hæc exhalatio proper levitatem eninet atque assurgit (nam quod calidum est, si accedit siccitas, leve efficitur:) vapor autem ob gravitatem subsedit. Humidum enim gravitatis est particeps. Porro vapor & exhalatio mixtum ac sine ulla distinctione aliquantisper in altum eveniuntur: cæterum progressu ipso secessunt, atque utrumque quod sibi affine est, querit. Hincque sit, ut vapor in inferiore loco relinquatur, exhalatio autem cum somite conjugatur. Neque enim fomes quidquam aliud natura est, quam exhalatio pura & a vase sejuncta. Cum igitur fomes conversionis motu impellitur, qua parte maxime ad subeundam inflammationem aptum & concretum est, hac incenditur. Quocirca si longitudo & latitudo insit huic rei quæ accenditur, ardens

dens flamma apparet, stipulis illis haud assimilis, quæ in agris incenduntur. Si autem longitudine prædicta sit, at non item pari latitudine, tum sit capra, aut fax, aut procursans sive subsiliens stella. Nam si quod acceditur, in longitudinem magis quam in latitudinem pareat, atque in obliquum ardens deflagrationes quasdam efficiat, & inflammationis excursiones, non separatas, sed cum ardenti corpore copulatas, ita ut scintilare videantur, capra nuncupatur. cum autem in longitudinem solum incensum est, at non item scintillat, fax vocatur. Quod si non una & continua fuerit incensi fomitis magnitudo, sed intervalla habeat, (utpote disiunctis ab invicem ipsius partibus, & earum unaquaque peculiarem suam concretionem habente) atque etiam intervallis ipsis tenuis quasdam exhalatio, ad suscipiendam inflammationem ipsa quoque accommodata, insit, disjunctæ autem inter se partes hujuscce fomitis, tum profunditatem, tum latitudinem magnitudini parem habeant, tum demum existunt eæ stellæ, quæ profilire videntur. Nam cum ex hujusmodi concretionibus, eæ quæ prima

compressus, tum in terram, tum in mare decidit, idque & noctu & interdiu sereno cœlo. Tum autem deorsum fertur, cum a parte superiore densatio & refrigeratio aeris incipiens, quidquid in eo caloris inclusum est, in inferiorem partem abjicit. Ob idque etiam tonitru, quamvis ignis sit, tamen ob vehementem compressionem deorsum fertur. Nam alioqui hoc igni a natura insitum est, ut in sublime tendat. Quæcunque igitur in superiori corpore, in quo fomes est, profiliuentium stellarum spectra sunt, per inflationem sunt, exhalatione nimirum, uti a nobis commemoratum est, ardorem conciente, atque ad id quod deinceps sequitur, sese propagante. Quæcunque autem in inferiori parte, ubi aer est, per excretionem : quod scilicet frigore concreta humida exhalatione, ita demum excretio ex ipsa oriatur. Prout vero sita fuerit illa densata & frigore concreta exhalatio, atque pro ea parte in quam se obverterit : sic quoque & in eandem partem ignem illum, qui ex ipsa excernitur, fieri consentaneum est. Aut enim in superiore loco sit excretio, si condensatio ea deorsum

existat: aut in transversum, si illuc vergat: aut in inferiore loco, si condensationis initium in sublimi oriatur. Quanquam multa eorum, quæ deorsum jaciuntur, in transversum feruntur, quod ea duplice motu simul cieantur, altero videlicet in sublime, atque ut naturæ consuetaneum est (quandoquidem hoc igni naturâ comparatum est; ut supera petat:) altero per vim in inferiorem locum, propter compresionem. Atque hic in transversum motus ex eo qui in sublime, & qui deorsum fertur, mixtus & concretus est. Hoc autem tum demum existit, cum neuter motus omnino vincit ac dominatur. Omnia igitur horum causa, si materiam spectes, exhalatio est (ipsa enim est quæ acceditur:) si autem id quod mouet & efficit, quandoque orbicularium corporum motus, (ab eo enim, quæ in somite sunt, acciduntur:) quandoque rursus frigore concretus & densatus aer. Quod autem etiam infra Lunam hujusmodi concretiones & trajectiones fiant, argumen-  
to est celeritas ea, quæ in earum trajectione perspicitur. Quidmadmodum enim quæ a nobis projiciuntur, caelerius quam stellæ ob-

propinquitatem nobis moveri videntur, tam-  
et si alioqui ab ea un celeritate longo inter-  
vallo absint: sic etiam stellæ illæ, quæ pro-  
filire dicuntur, ob vicinitatem nobis celerio-  
re quam sidera motu cieri videntur.

---

*De crinitis stellis, & lasteo circulo.*

C A P. X I I I I

**Q**UÆ flammarum & facium, reliquarum,  
que rerum, quas superius commemo-  
ravimus, causæ esse dicebantur (materialis  
potro earum causa esse dicebatur exhalatio fu-  
mi speciem imitans, quæ potestate ignis est,  
ac proprieatæ fomes nuncupatur: efficiens au-  
tem, corporum cœlestium motus) eadem  
etiam eorum, de quibus nunc verba facimus,  
causæ esse videntur. Nam cum ob ætheris at-  
que corporum, quæ ipsius complexu conti-  
nentur, conversionem in hujusmodi exhala-  
tionem, quæ ad suscipiendam inflammatio-  
nem accommodata est, igneum principium  
incidit, atque exhalatio ea conglobata est.  
Ignique ferendo par, non autem tenuis & a-  
cerosa, sicque comparata ut facile consuma-  
tur

tur: rursusque igneum illud initium nec ita  
vehemens & copiosum est, ut confessim ac  
vehementer spissitudinem hanc inflammet,  
nec contra ita imbecille, ut statim extingua-  
tur, verum hujusmodi exhalatione firnius  
ac robustius, siveque comparatum, ut diu-  
tius permanere queat, simaque etiam ita fert  
casus, ut ab inferiore parte ad hanc partem  
altera temperata, atque ad concipiendum  
ardorem idonea exhalatio efferatur, tum de-  
mum id quod accenditur, crinitæ aut barba-  
tæ stellæ speciem imitatur. Nam si exhala-  
tionis ejus, quæ in sublime fertur, inflam-  
matio omni ex parte similis sit, ac velut glo-  
bi formam referat, crinita stella nominatur:  
si autem oblonga, barbata nuncupatur. Quin  
etiam ambæ communī vocabulo crinitæ di-  
cuntur. Crinitis porro ea ad inflammationem  
concipiendam accommodata exhalatio, quæ  
in sublime fertur, adjumento est, nimirum  
& ad durabilitatem igni materiam suppeditans,  
& ad crinis speciem exprimendam. Neque  
enim certo loco circumscripsum ac tornatum  
est id quod ardet, verum excursiones quas-  
dam & eminentias habet, ob quas crinis spe-

cies existit. Cum igitur hujusmodi concretionis & accensionis initium in inferiore loco, ac non prope stellas sit, crinita stella per se cernitur. Cum autem juxta ætherem infra quandam stellam aut errantem aut fixam hujusmodi exhalatio conflatur, ab illius stellæ motu concretionis & accensionis suæ causam habens (non enim Sol duntaxat, sed etiam stellæ motu suo terram calore afficientes, ab ea, vel ab aere potius, exhalationes contrahunt) tum vero præexistentium stellarum aliqua crinita appareret. Neque enim crinis ille stellarum, qui oculis obversatur, stellis ipsis inest, sed infra ipsas existens, in ipsis appareret, atque una cum eis in orbem versatur. Et quidem, cum superius ac juxta ætherem infra aliquam stellam crinis existit, simul cum ea movetur: quod scilicet illa hujusmodi concretioni causam præbeat. At cum inferius ac per se crinita stella conflatur, non jam pari cum stellis cursu fertur, sed tardius moveri atque a tergo relinquere cernitur. Ejusmodi enim est orbis terram proxime ambientis motus & conversio, ut cœlestium orbium cursum non adæquet, imo ne plane quidem &

& æqualiter ipsos comitetur, nec globi speciem perfecte imitetur: quippe cum ea, quæ terræ proxima sunt, non naturæ sponte ad hunc modum in orbem moveantur, sed a cœlestium orbium motu tantummodo pertrahantur. Quanquam autem errabunda quoque sidera per viam ab ortu ad occasum moventur: at interim eorum motus sphæricus est: cum contra eorum, quæ terram proxime ambiunt, minime sphæricus sit. Quod autem ignea crinitarum stellarum concretio sit, illud argumento est, quod cum plures existunt, æstus & ventos designant. Cum enim calor & exhalatio ignea exuberat, ipsæ conflantur, atque ex hujuscemodi exhalatione siccior aer efficitur, humorque ille, qui a terræ regi ne in vaporem absimitur, atque in sublime fertur, discriminatur & dissolvitur: ita ut non facile coalescat, atque in aquam mutetur. Quod autem nec multæ crinitæ stellæ, nec crebro, ut eæ quæ profiliunt, existunt, atque etiam eæ quæ existunt, extra potius quam intra tropicos orientur, Solis aliorumque errantium siderum motum in causa esse consent, quippe qui, dum intra tropicos mo-

ventur (is enim signiferi orbis locus est, in quo errantia sidera moventur) densas & conglobatas exhalationes, quæ quidem crinitis stellis instar materiæ sunt, ut plurimum distinguunt & extenuant. Id autem præsertim causæ est, quamobrem in hiçce partibus nullæ proisus crinitæ stellæ existant, quod in latèis regionem, hoc est in lacteum orbem, hujusmodi exhalationes maxima ex parte excernantur, illicque collectæ lucem eam, quam cœgnimus, efficiant. Quemadmodum enim nonnullæ stellæ tam errantes, quam etiam fixæ, crinitæ, ut jam diximus, apparent, contracta nimirem infra ipsas atque inflammata densiore exhalatione, simulque cum ipsis circumacta: eodem modo in lacteo etiam circulo res sese habere videtur. Nam quod exhalatio ea, quæ in una quapiam stella talis existit, crinis speciem efficit, idem quoque, dum in iis stellis, in quibus lac apparet, simul fit, orbem hunc, qui lacteus appellatur, efficere videtur. Quod igitur in una stella fieri solet, quin in universo quoque cœlo fiat, nulla absurditas impedit. Nam si unus sideris motus ejusmodi aliquid efficit, minime

Nime absurdum fuerit existimare, omnium quoque siderum motum idem efficere posse, nempe ut exhalationem eam, quæ infra ipsa est, exuiciteret, ac tecum trahat. Ceterum hoc potius fieri consentaneum est in ea cœli parte, in qua densæ atque ingentis magnitudinis stellæ sunt. Sane in zodiaco hujusmodi exhalatio & concretio haudquaquam manet: præterea quod, cum in eo Sol ac reliqua errantia sidera moveantur, hujusmodi concretionem discriminant, & extenuant. Quandoquidem autem Iacetus circulus, qui & ipse maximus est, & obliquus item ut zodiacus, situ tropicos superat, & alios nonnullos non longe a polo diffitos orbes attingit, atque ab obliqua zodiaci parte situs est (ne scilicet in eo erratica sidera moveantur) ac præterea magnarum & splendidarum stellarū copia abundat, idcirco, tum ob situm, tum ob stellarum earum, quæ in ipso sunt, multitudinem & magnitudinem, non absire existimatur, ex ea exhalatione quæ cumulatur, & coagmentatur atque accenditur, lac in ipso effici. Huic autem rei argumento illud est, quod & ipsius circuli concretio amplior

est, & lumen amplius in altero semicirculo, qua parte duplicitatem quandam habere lacteus orbis perspicitur, in quo maiores & defiores stellæ sunt. Cum igitur in hoc circulo lumen appearat, in quo multæ ac magnæ stellæ sunt, ac rursus ipsius circuli majus lumen in ea parte cernatur, qua plures item & maiores stellæ sunt, consentaneum est arbitrari, affectionem eam, quæ in circulo lacteo contingit, a stellis & eorum motu proficiens quippe cum ex omnibus circulis, qui in siderum inerrantium orbe sunt, in hoc solo intermedia loca stellis completa sint. In aliis enim circulis perspicua intervalla cernuntur, ac plerique loci stellis vacui. Lac igitur, ut ita definitam, is maximi circuli crinis est, qui propter excretionem efficitur. Quæ etiam proinde, ut superius diximus, causa est, quam obrem non multæ, nec crebro, crinitæ stellæ fiant: quod hujuscemodi concretio secreta sit, ac continenter in hunc locum secernatur.

*De spiritis, quæ in cælo cernuntur.*

C A P. XV.

No-

**N** Octu , cum liquidum ac serenum cœlum est , multa interdum spectra in cœlo cernuntur , ut cruenti quidam colores , hiatus item , & scrobes . Horum autem omnium causa esse dicitur somnis inflammatio . Nam cum somes ille inflammatur , uti superius a nobis dictum est , atque ipsius inflammatione interdum quidem ardoris flammæ , interdum autem faciem aut prosilientium stellarum , similitudinem gerit , minime absurdum est , hujusmodi inflammationibus in ipso existentibus , varios colores apparere . Siquidem per densum aerem lumen striatum eluces , aut cum aer densior est , lumen autem minus , aut contra lumen quidem amplius , aer autem minus densus , variorum colorum , ac præsertim phœnici & purpurei speciem præbet . Nam cum hi colores fiunt , magis cernuntur , ex igneo & albo per offusionem cum nigro coniunctis . Sic quippe stellæ quoque orientes & occidentes , cum æstus viget , phœnici coloris speciem præferunt . Etenim cum per densum aerem , nec perinde clarum ac pellucens , cernuntur , quamvis aliqui albæ sint , phœnicie tamen apparent , nimisrum

per

per effusionem sese nesciente nigrore eo , quo aer affectus est , cum stellarum candore . Ac tales etiam , cum trans fumum conspicuntur , apparent . Atque omnino id quod ignei candidique coloris est , cum trans nigrum , aut in nigro cernitur , permultas colorum varietates ostendit , prout nempe varie inter se commiscuntur . Nam & flammæ color trans fumum alias alius cernitur . Etenim cum fumus aliquanto humidior est , flammæ corpus purpureum esse videtur : phœniceum autem , cum minus humiditatis fumo inest . Atque ad hunc modum varii colores apparent . At hiatus & scrobes , per conjunctionem etiam albi cum nigro fiunt : sic tamen , ut non trans nigrum id quod album est , cernatur , sed in albo nigrum appareat . Nam cum per aliquid nigrum aut cœruleum lucis continuatio interrupitur , tum profundum aliquid cerni videtur : re nimis ita nata , ut album & nigrum in eodem quidem plano sint , nec alterum ab altero removeatur , sed ambo æquo a nobis intervallo distent : cœterum album proprius esse videatur , nigrum vero in immo-  
ac remoto loco . Quoniam enim lux & al-  
bus

bus color oculorum sensum magis movet, idcirco ipsi propinquius esse videtur. Contra autem nigrum, quia non æque aspectum movet, longius ab eo distare censetur. Cum igitur ob candoris exuberantiam in profundo potius nigrum cernitur, tum scrobs dicitur. Cum autem ob exuberantiorum lucis copiam apertum appareret, tum hiatus appellatur. Ex hac igitur aeris concretione, hoc est ex scrobibus & hiatus, faces quoque persæpe deciderunt. Cum enim aer coit & densatur, propterea que nigore afficitur, hiatus & scrobis speciem refert. Cum autem aer ille, qui nigore afficitur, magis compingitur, tunc calor in eo inclusus, propter angustias in quas contrahitur, ac motum, igneus effectus, per vim excernitur. Porro nullum horum spectrorum interdiu appareret, propterea quod Sol hujusmodi concretiones discutit, efficitque ut spectra ab oculis evanescant. At noctu & hiatus, & scrobes, & variorum colorum mixtiones fiunt. Cernitur autem magis id quod phœnicium est. Nam reliqui colores ob eam similitudinem, quam cum tenebris habent, oculorum aciem sæpe fallunt, ut pureus

pureus & viridis . Hi enim ad nigri colorem quodammodo accedunt . Ceterum ejusmodi spectrorum quædam Orientalia sunt , quædam n Occidua , quædam ambigua luce prædita , raro autem Septentrionalia , & Meridionalia : omnia vero incertæ , nec ullum horum perpetuo clarum , itellisque insignitum viuum est .

*De terræ motu . C A P . X V I*

**T**ERRÆ motus hinc fieri videatur quod exhalatio ea , quæ ob id quod in ea dominatur , calida & secca vocatur , deorsum atque infra terram assumatur , atque in unum cumuletur & conjungatur , hincque vehemens flatus confletur , internaque terræ cavitates impletat , ac summa vi moveatur , eamque terræ parte n , quæ supra sita est , simul quatit . Eaque de causa tranquillo tempore multi & ingentes terræ motus cooruntur . Nam cum exhalatio continenter fertur , primum impetum fere sequitur : ita ut vel extra terram , vel in ejus visceribus confertim universa feratur . Nec vero absurdum est , vigenribus etiam ventis terræ motus quosdam oriri : quip.

quippe cum plures venti nonnunquam simul  
fient, quorum cum alter infra terram impe-  
tum facit, terræ motum gignet, altero supra  
flante. Cœterum minori magnitudine fere  
sunt hujusmodi terræmotus: quia principium  
eorum & efficiens causa distracta est: quem-  
admodum & venti simul flantes non admo-  
dum vehementes sunt. At vero nocturno  
tempore, vel potius sub auroram, plures &  
graviores terræmotus contingunt. Tranquilli-  
lores enim diebus noctes sunt: quoniam ob  
Solis absentiam terræ superficies frigus contra-  
hit, & densatur, ac venti fluendi in inter-  
nam partem initium faciunt, velutque ab  
externo æstu & exundatione venti reciproca-  
tio in interiores partes fit. Idque præseruum  
sub auroram: quoniam tum demum venti flan-  
di initium facere solent. Eorum autem ter-  
ræ motuum, qui diurno tempore sunt, plu-  
rimi ac valentissimi quique circa meridiem e-  
xistunt: quod meridies tranquillissima fere  
totius diei pars sit, propterea quod Sol re-  
stiores acrioresque radios tum potissimum tra-  
jiciens, exhalationem in terræ visceribus in-  
cludat, nec eam foras progredi sinat. Quin-  
etiam

etiam vehementiores terræ motus illuc contingunt, ubi mare angustum est ac fluctuat. Nam in hujusmodi locis ventus corvus, ac summa vi e terra decidens, terræ motibus causam affert. Ingentem enim vento materiam mare subministrat: atque, dum per angustias transfluendo magno cum impetu velvit, & ea loca, per quæ ventus extra fertur, occupat, in profundum ipsum propellit. Ita propulsus & congregatus, vi sua terram tremore afficit. Quin omnes etiam hæ regiones, quarum subterraneæ partes fungosæ & concavæ sunt, crebrius quatuntur, ut quæ in internis concavitatibus magnam venti vim recipient, atque ab eo moveantur. Vere autem præsertim & Autumno terræ motus contingunt: quod hæc tempora magis a ventis infesta sint. Nam Æstate & Hyeme rariores sunt venti: Hyeme nempe, quia calidæ & sicca exhalationes ob frigoris vim extinguntur. Æstate autem rursus, quia propter ardorem magna ex parte exarescant & consumuntur. Quin etiam in siccitatibus, & per imbras, terræ motus maxime oriuntur. Etenim in siccitatibus, ventorum plenus est aer: hoc enim

nim ipsum siccitas est, cum plus exhalationis  
siccæ quam humidæ excitatur. Rursum per  
imbres interna exhalatio copiosior efficitur.  
Terra quippe, ut quæ magna igneæ substanciæ  
copia interne prædicta sit, funditus in bre  
perfusa, vaporem emitit, quemadmodum  
in calce cernere est. Vaporem porro emit-  
tens, copiosiorem quoque internam exhalatio-  
nem continet. Huc accedit, quod cum ob-  
ingentem imbrum vi n concavæ terræ partes  
aqua impleantur, hujusmodi exhalationi eō-  
pressæ, & in unum coactæ, ab aqua vis af-  
fertur. Eoque nomine, cum copiosa sit, &  
in exiguum locum contrahatur, vehementer  
que conglobetur, atque ita moveatur, tamen  
quoque simul movet. Quemadmodum  
enim in animantium corporibus inclusus spiri-  
tus, tremorum & pulsuum, vel palpitationi-  
num potius, causa est: eodem modo etiam  
in terra res se habet. Ac proinde terræ motu-  
um alius est tremulus, alias velut pulsus,  
aut palpitationi similis. Ac tremulus quidem  
crebrius oritur, cum nimis ob ingentem  
venti, qui in latitudinem patens infra terram  
existit, copiam terra in obliquum concussa mo-

vetur. Nam & tremor affectum corpus in transversum agit. Contra perquam raro in quibusdam locis oritur terræ motus ille, qui pulsus & palpitationem imitatur: tum scilicet, cum non ab obliquis partibus terra quatitur, sed ab una parte sursum versus. Propter ea autem hujusmodi terræ motus raro excitat, quia ne facile quidem fieri potest, ut tanta exhalationis copia in imo cumuletur. Multis enim partibus ea secretio & exhalatio, que per terræ latitudinem fit, major esse solet, quam ea, quæ ab imo existit. Quandoquidem etiam Sol exhalationi ei, quæ per latum fit, maximum adjumentum afferre perspicitur, tantisper nimirum terram calore afficiens. Ceterum ubi terræ motus ille oritur, qui ad pulsus aut palpitationis similitudinem accedit, sævissimus est. Terram enim effringit, atque urbes & regiones evertit. Atque interdum quidem, vi fatus ejusmodi terræ motum efficientis, lapides æstu sursu efferuntur: interdum autem aquarum vis in altum educitur, nunc gelidarum, nunc calidarum. Ventus enim aquæ etiam hoc assertat moveatur. Ut enim venti eb vim ipsis al-

Iatam, fluctus in superficiem movent: sic etiam in terræ motibus plerumque ventus internus, cum vis ipsi affertur, subterraneam aquam movere potest. Quæ etiam ipsa calore afficitur, vel propter ingentem hujuscè terræ, unde magna calentium exhalationum copia existit, caliditatem: vel etiam propter venti angustiam ac violentiam. Aliquando enim ignis etiam erupit, ac multas civitates in cinerem redegit. Ventus quippe ob angustiam summa vi impulsus, distractusque & intercisis, atque in exiguae partes divisus, inventitur, & flamma efficitur, aut certe ventus cum igne coniunctus, hoc est ventus inflammatus. Nonnunquam porro deorsum, atque in terræ visceribus flatus terræ motum efficientis concretio efficitur: nonnunquam rursus sursum ac supra terram ventus aliquis, ex iis quibus nomen attributum est, plenus atque perfectus, ac deinde in terræ viscera totus confluens, vehementissimum terræ motum accersivit. Qualem videlicet Achaicum illum extitisse, litterarum monumentis proditum est, quo tempore Borra & Helice, maritimæ civitates simul prostratae, fluctus-

que impetu obrutæ sunt . Externe namque flabat Auster , qui mare impellebat . Ubi autem terræ motus extitit , flabat contra Boreas : qui quidem ex adversa parte Austri ruens , propter eum ventum , a quo impellebatur , retrorsum propellendo mari nequam par erat : impedito autem ac represso ipsius progressu , effecit ut ingens vis maris in unum cogeatur . Tum vero ab aquæ copia superatus , eaque repente per ventum a tergo flantem cohinda , simul & inundationis & terræ motus causa extitit : inundationis inquam , propterea quod maris cursum represisset , effecissetque ut magna ipsius vis in unum cumularetur : terræ motus autem , quia ab aquæ marinæ copia viitus , atque aduersus terram fluens , eam tremore affecisset . Propterea terræ motuum eos Epiclintas vocant , qui ad angulos acutos terram transversim quatunt : Brastas , eos qui ad angulos rectos eam sursum deorsumque jaellant : Chasmatis , qui efficiunt ut terra in cava subsidat : Rhestas , id est effractores , qui hiatus aperiunt , ac terram perrumpunt : Ostas , id est impulsores , qui uno imperio eam subvertant

eunt. Palmatias, hoc est vibratores, qui per reciprocas vibrationes, atque in utramque partem inclinationes, id quod moverint, semper erigunt. Mycetis, etiam venti existunt, qui terram cum mugitu quatunt. Quin etiam plerumque citra terræ motum hujusmodi quispiam sonus exoritur: cum videlicet tenuior quodammodo flatus est, ita ut, dum terram ferit, per eam dissipetur, ac non intus cohibitus angustias efficiat, cum accumulatur. Nam tum per terram quidem dissipatur, ac velut percolatur, nec eam dimovet: cœterum quia in terræ tumores, qui concavii sunt, atque omnis generis figuræ habent, ingruit, omnis quoque generis sonum edit: ita ut interdum velut mugire terra videatur. Consimilem porro in modum in mari quoque accedit. Nam & maris hiatus, & recessus persæpe fiunt, & fluctuum incursions, nonnunquam illæ quidem reciprocationem habentes, nonnunquam autem progressionem dūtaxat. Quin ignis etiam evaporationes frequenter in mari fiunt, & fontium eruptiones, & fluminum ostia: fluxiones item & vorlices, nunc in medio mari, nunc in e-

uripis ac fretis. Multæ etiam reciprocationes & fluctuum elationes certis quibusdam temporibus una cum Luna circumaguntur: quandoquidem ipsa quoque ad terræ ac maris similitudinem immutatur, utpote reliquis vagis sideribus propinquior.

*De tonitruo, fulgure, procella, vortice, turbine, ac fulmine.* C A P. XVI

Cum vapor & sicca exhalatio simul ac mixtum e terra efferuntur, atque ambæ in loco a terra remotoe sunt (qui quidem frigidus est, propterea quod Solarium radiorum e terra reverberationes illic debilitantur) ac sicca quidem exhalatio secernitur, atque ad ignem sibi cognatum fertur, vapor autem densatur, atque in nubes conflatur, tum vero quidquid siccae exhalationis in hujusmodi nubium concretione includitur, in unum collectum flatus efficitur. Ac deinde cum nubes magis adhuc densantur, atque concurrunt, magna cum vi e ipsis excernitur. Hic autem flatus, cum per vim ad hunc modum excernitur, atque in densas nubes iunctur, istum efficit, cuius sonus

nus tonitus appellatur, hoc est flatus in crassa  
 & humida nube implicitus, ac per eam ma-  
 gno impetu foras erumpens, sicque continua-  
 tas nubis spissitudines effringens, atque hinc  
 ingentem mugitum & fragorem edens, non  
 secus videlicet ac ventus, qui in aqua vehe-  
 menter impellitur, fluctuumque stridorem ef-  
 ficit. Quoniam autem nubium densitas æqua-  
 bilitate caret, (interdum enim intensior est,  
 interdum remissior) atque etiam cavitates  
 quædam inter nubes sunt (neque enim inter-  
 na nubium partes perinde densæ sunt, ut ex-  
 ternæ: verum densitatis continuationem inter-  
 mittunt) idcirco varijs quoque ac dispares soni  
 existunt. Is enim flatus qui excernitur, cum  
 in densiores concretiones irrumpit, vehemen-  
 tiores quoque sonos gignit: rursumque, ut ra-  
 tioni consentaneum est, imbecilliores, cum  
 in rariores nubes impetum facit. Atque hoc  
 modo tonitru fit. At flatus ille, qui excer-  
 nitur, atque ex nubium collisione tonitru ef-  
 ficit, plerumque tenui atque imbecillo ardore  
 afficitur. Cum igitur hic flatus, qui ex-  
 cernitur, atque e nubibus cadit, igneo co-  
 lore tinctus ceinitur, fulgur hoc appellamus.

Id porro post tonitruum , atque ictum oritur .  
Violentus quippe motus & ieius , cur ardorem concipiatur , in causa sunt . Verum quia visus sensilia sua prius arripit , quam auditus , ideo ante auditum tonitru fulgur perspicitur , quemadmodum etiam in remigatione vide re est . Nam cum remi jam ex aqua affluntur , tum denique prior sonus , qui in remorum demissione factus est , exauditur : tandem si alioqui oculos remos in aquam demissos , eamque ferientes , longe ante conspexerit . Igitur cum spiritus a densatis nubibus compressus , tenuis est , neque continuam generationem & excretionem habet , verum sape ac paulatim gignitur & excernitur , ob idque ne manet quidem , sed dissipatur & evanescit , tum scilicet tonitrua & fulgura , quemadmodum diximus , efficit . Cum autem copulentior , hoc est minus tenuis flatus est , ac repentinam & continuatam generationem & excretionem habet , ita ut non dissipetur , sed permaneat , tum ventum eum , qui *σκυρεός* id est *nubigenus* nuncupatur , efficit . Nam quemadmodum exuberante ac dominante humida exhalatione , cum in aquam mutatio fit

fit, una cum ea exhalatione, quæ primum  
immutata est, reliqua etiam, quæ eandem  
paturam nacta est, immutatur, oriturque  
crebra atque ingens imbrum vis: eodem mo-  
do dominante sicca exhalatione, cum ipsa gi-  
gnitur & excernitur, primum ortum & ex-  
cretionem reliquum id quoque, quod ejusdē  
naturæ est, comitatur, siveque *Σκυεφίας*, ven-  
tus efficitur, hoc est ingens & continuatus  
spiritus, qui ex ipsa nube subito excernitur,  
ac propter excretionis celeritatem magno im-  
petu fertur. Ac cum spiritus qui excernitur,  
in orbem involutus & implicatus est, & cum  
nubis infusione deorsum fertur, tunc Typhon  
appellatur. Fit autem istud, cum spiritus,  
qui ex nube exprimitur, cum altera nube  
colliditur, ac ne in rectum feratur, prohibe-  
tur: veluti cum ventus ex loco amplio in an-  
gustum confluens vim perpetitur, puta in  
portis, aut viis. Siquidem in hujusmodi lo-  
cis plerumque accidit, ut, cum antecedens  
fluentis corporis portio progredi ultra nequit  
(quia nimirum vel ob loci angustiam, vel ob  
alium quempiam ventum ex adverso flantē,  
exitum nullum reperit) orbis ac verigo quæ-

dam venti fiat. Etenim antecedens spiritus portio progreedi non potest: id autem quod a tergo confluit, progressum ipsius adurget, sicque alter reluctatur, alter protrudit & incitat. Quapropter necesse est, ut subseques spiritus portio in obliquum, ubi nihil est quod reluctetur, feratur, ad eundemque modum semper id quod deinceps sequitur: quo adusque antecedens illa & reluctans spiritus portio ab obliqua parte compressa, ex eo quem prius ocuparat loco, elidatur, ac retro sic referens, cum eo qui a tergo fertur, eumque adurget, copuletur, totumque istud unum efficiatur, circulique figuram imitetur. Atque ad hunc modum in terra Typhones, quos nos vortices dicimus, sunt. Eodem perro modo etiam in nubibus vortices initio inter se copulantur. Ea quippe vorticis natura est. Ceterum quemadmodum, cum procella gignitur, continua spiritus excretio est (hinc enim continuus quoque ventus existit) eodem quoque modo vortex ob nubis densitatem continuam ex nube excretionem fert. Nam cum spiritus ab ea pure atque omnino excerni nequeat, verum secum aliquid etiam nubis trahat, in orbem qui-

quidem ob causam eam quam commemora-  
vimus, torquetur: deorum autem atque in-  
terra fertur, quia ea spiritus excretio, qua a  
nube existit, in ea parte semper efficitur, ubi  
nubis spissitudo progreditur. Ac proinde cum  
rursum in corpora compissatio ad inferiores nu-  
bis partes pervenerit, spiritus excretionem,  
quae hinc orta est deorum, quoque ob vim il-  
latam fieri necesse est. Cum igitur vortex de-  
orum fertur, ac properet contrarium impetum  
in orbem circumagit, sicque contorquetur,  
atque anfractum facit, ea, in quae incidit,  
in orbem torquens, movet. Unde etiam no-  
nullas saepe terrae aut maris partes volvens, in  
altum trahit, utpote in idem rursum ob inter-  
clium exitum revertens. Siquidem e mari  
quam haud raro in altum abstrahit: e terra  
autem ligna etiam, & saxa, atque adeo ani-  
malia, eundem in modum subvexit. Quae-  
cunque porro ab eo esseruntur, posteaquam  
aliquantum in altum subdueta sunt, rursum  
ob spiritus, qui ea subvehit, siccitatem, sum-  
ma contraq[ue] siccitate decidunt. Quamobrem  
cum spiritus, qui ad hunc modum movetur,  
igneo colore tintitus non est, quo videlicet

folge-

fulgetra tincta est, tum Typhon vocatur, qui velut incoeta procella est. Non enim perfecte ab ipsa nube distinctus ac solutus vorticis spiritus exprimitur, quemadmodum venti procellosi flatus: verum ita, ut nubis etiam aliquid secum trahat, quia minime percoctus est: adeo ut alterum ab altero separari queat. At cum praeditus spiritus, dum detorquetur, inflammatur, ipso motu percoctus & attenuatus, tum Prester, hoc est accensus turbo dicitur, propterea quod in inflammatione sua propinquum aerem simul incendit, adeo ut ipsum etiam tingat. Quod si in ipsa nube multus ac tenuis spiritus exprimatur, id Fulmen existit. Nam vortex crassam excretionem habet: Prester autem vortice tenuorem: Fulmen vero adhuc tenuioris spiritus est excretio. Differt porro haec excretio ab ea quae tonitrua & fulgetra parit. Nam illa paulatim ac sparsim & per intervalla fit, imbecilleaque inflammationem habet: haec autem, ex qua fulmina oriuntur, non modo tenuitate ab illa differt, sed etiam copia. Tenuissimus enim arque copiosus spiritus, qui simul fertur a magna vi inflammetur, Fulmen est.


Enim-

Enimvero si admodum tenuis spiritus fuerit, ne ea quidem, in quæ incunabit, adurit. Hujusmodi autem spiritum *χερσανθούς αργυρίτα*, id est fulmen candens, Poetæ nuncupant. Si autem nos perinde tenuis fuerit spiritus, verum impetum faciendo adurat, alio modo appellatur. Et quidem fulmen illud, quod candens dicitur, ea in quæ incubuerit, prius per vadit, quam exurat, aut omnino nigrore afficiat: quippe quod patim ob motus celeritatem, partim ob substantię tenuitatem, cōfestim pertranseat. Alterum autem fulmen, ut quod impari tenuitate p̄editum sit, lentiusque feratur, ea quidem ad quæ propius accedit, colore afficit: cœterum ipsum quoque transit, priusquam ea exurat. Quo fit, ut quæ solida ac renitentia sunt, aliquid patiantur: quæ autem renitentia non sunt, nil ejusmodi patiantur. Verbi gratia, clypei ax, ob duritiam ac renitentiam absuntur: cum contra lignum haud quam exuratur. Etenim ob raritatem prius percolatur spiritus ac pertransit. Eodemque modo cum in uestes incidit, eas non exuir, sed velut in pannos cōvertit. Atque hujusmodi sunt fuliginosa Fulmina

mina. Quæ autem confessim proſiliunt, per antiphrasim, ni fallor, cande ita nominata ſunt. Ac quidem ea Fulmina quæ convolute feruntur, Eliciæ propterea appellantur. Quæ autem ſigillatim in aliquid illidantur, Scepti vocantur. Sane ardens ſpiritus fulmina perpetuo ſubſequi & antece lere cenſetur. Nam ea, in quæ fulmen impetu n factum est, ante iſtum moventur. Quin etiam ea, quæ orio tonitru nonnunquam dehincunt, non per ſonum dehincere videntur, ſed per ſpiratum qui ex nubibus exprimitur: qui quidem per nubium percuſum ſonum eſſici. Hic enim percuſu ſuo efficit quidem ut dehincant, at non item ea adurit. Deorsum porro fertur ſpiritus, qui excernitur (tametsi alioqui, ut pote calidus, naturæ vi ſurſum tendat) propter ea quod ex nubibus ſuperne densatis & co-tractis, atque in contrarium excretionem ſu-ā deorsum facientibus, per vim exprimatur. Ad hunc enī modum rurſum graviora corpo-ra, naturaque ſua deorsum vergentia, ſurſum feruntur, ac tanquam exiliunt: quod ſcilicet ex-pressio ab ima parte fiat: quemadmodum in iis ſu venire cernimus, quæ e compressis digitis

exiliunt aquasque item multas, ab imis partibus ad superas ferri perspicuum.

*Finis auspice Deo, Philosophorum Sanctissimi Joannis Damasceni.*



**I N S T I T U T I O E L E M E N T A R I S**  
ad dogmata, viva voce Joannis Monachi  
Damasceni, ad sanctissimum Joannem Laudanum  
urbis Episcopum.

**I**N nomine Patris & Filii & Spiritus sancti,  
unius trinæ subsistentis atque adorandæ deitatis,  
consubstantialis ac vitæ auctricis Trinitatis,  
Dei unius, a quo + omne datum optimum,  
¶ omne donum perfectum, desursum  
ad nos descendit: peccator ego & miser, bal-  
butientia tardæque linguae labia aperio, in i-  
pso fidem habens fore, ut spectata humili-  
tate illorum, qui hoc ame ut loquerer effla-  
gitaverunt, propter eorum qui audiunt utilita-  
tem, Dominus gratiæ, omniumque honorum  
largitor, sapientiæ spiritum impertiatur, ser-  
monemque in apertione oris mei, qui est super  
omnix Deus benedictus in secula. Amen.

¶ De

¶ *Jac. 1. v. 17. ¶ Eph. 6. v. 19. Rom. 8. v. 5.*

*De substantia, natura & forma.*

CAP. I.

Substantia, & natura, & forma, ut sanctis Patribus placet, idem sunt. Ac rursus: Hypostasis, & persona, & individuum, idem sunt. Rursus vero differentia, & qualitas, & proprietas, id ipsum significant. De his ergo ac similibus agere proposuius; de quibus etiam impensiori modestia sanctitas vestra ex me quæsivit. In hunc itaque modum ordiendo dicimus.

Et quidem incomprehensibilis Deitas substantia supra substantiam, naturaque, & formam: hypostases autem ac personæ sunt, Pater, & Filius, & Spiritus sanctus. Quisque enim illorum perfecta hypostasis est, ac perfecta persona. Præterea omnis creatura substantia est. Multa autem sunt a Deo condita, quæ inter se plurimum differunt. Alia enim creatura est Angelus, alia homo, alia bos, alia canis, alia cœlum, alia terra, alia ignis, alia aqua. Atque uno verbo, multæ sunt in rebus a Deo conditis species. Quælibet igitur species una natura est: ut puta Angeli omnes

omnes, una sunt natura; omnesque homines, una natura; ac boves omnes, una natura, & similiter creature ceteræ. Alia item est animorum, alia hominum, boumque alia natura; ac sic de ceteris.

*De hypostasi, persona, & individuo.* CAP. II.

Quoniam autem multi sunt homines, quibusque singularis homo, hypostasis est: v. g. Adam est hypostasis; Evaque, alia hypostasis; ac Seth, alia hypostasis. Similiter etiam in reliquis, quilibet homo alia hypostasis præter reliquos homines existit: quilibet item bos, hypostasis est; ac quilibet Angelus, hypostasis. Quamobrem natura, substantia, & forma, illud sunt, quod commune est, & quod substantiae ejusdem & naturæ hypostases complectitur. Hypostasis autem, individuum, ac persona, id quod particulare est: hoc est singula eorum quæ sub eadem specie continentur.

*De differentia, qualitate, ac proprietate.*

CAP. III.

Diximus multas esse species diversasque substantias seu naturas: ite nq̄ie in una quaque substantia ac specie, diversas esse hypostases.

Differunt itaque tum unaquæque substantia  
a substantia alia: tum quælibet hypostasis ab  
alia hypostasi . Illud itaque in quo differt  
substantia a substantia , ac species a specie ,  
aut in quo hypostasis ab hypostasi , hoc diffe-  
rentia dicitur, & qualitas , & proprietas . v. g.  
differt Angelus ab homine quod Angelus qui-  
dem immortalis sit , homo autem mortalis:  
immortale ergo & mortale , differentia , &  
qualitas , & proprietas sunt. Rursus inter A-  
dam ac Seth , hoc refert , quod Adam sit pa-  
ter Seth ; Seth autem sit filius Adam ; quod-  
que Adam ingenitus sit , ac Seth genitus .  
Patris ergo ac filii propriæ rationes , differen-  
tiæ sunt : quippe Adam ac Seth penes eas in-  
vicem differunt [penesque ingenitum esse &  
genitum :] & omnia ejusmodi , differentiæ di-  
cuntur , & qualitates , & proprietates , utra-  
tionale & irrationale ; mortale & immorta-  
le ; bipes & quadrupes ; sensibile & insensi-  
bile ; esse simum & aduncis naribus , album  
ac nigrum ; magnum ac parvum , aliaque id  
genus omnia .

*De differentia substantia' i ac adventitia; id est  
naturali differentia & accidente.* CAP. IV.

Id omne quo differt species ab alia specie,  
 ac substantia ab alia substantia, substantialis,  
 naturalisque, & constituens differentia, ac  
 qualitas vocatur, proprietas item naturalis,  
 proprietatisque naturae. Puta differunt inter se  
 Angelus & homo, penes immortale & mor-  
 tale: siveque immortale est substantialis ac na-  
 turalis atque constituens differentia Angeli,  
 ac proprietas naturalis; & similiter mortale,  
 hominis. Item differunt invicem homo &  
 bos, quod homo quidem sit rationalis, bos  
 autem irrationalis. En rationale substantia-  
 lis hominis differentia est ac constituenta: irra-  
 tionale vero, bovis. Idemque in reliquis spe-  
 ciebus, ac substancialibus, naturalisque ac formis.  
 Idem autem omne quo differt hypostasis ab  
 alia ejusdem speciei ac substantiae hypostasi,  
 adventitia differentia ac qualitas appellatur,  
 proprietas itemque hypostatica, expresse cer-  
 toque designans proprietas, id est accidens. v. g.  
 differt unus homo ab alio homine, quod ille  
 magno, hic parvo corpore sit; ille sit albus,  
 hic niger; ille sanus, hic æger; ille pater, hic  
 filius: haec atque his similia omnia, adventi-  
 tiae differentiae sunt, ac qualitates, proprie-  
 tes.

tesque hypotheticæ accerto denotantes, & accidentia. Atque uno verbo, quacumque in omnibus hypostatis sub una aliqua specie contentis, pari ratione considerantur, ac si ne quibus, nec essentia, nec species stare queat, hæc substantiales differentiæ dicuntur: quacumque autem in quibusdam ejusdem speciei singularibus existunt, in quibusdam non existunt, ea accidentia sunt, & adventitia.

*De Accidenti separabili & inseparabili. CAP. V.*

Accidentium alia separari possunt, alia non possunt. Inseparabilia sunt ea quibus res singularis ab alia differt, ipsa autem non differt a seipso. v. g. hic homo ab alio differt, quod ante quidem sit simus, ille vero ad uncis naribus; quod hic cæsiis sit oculis, ille nigris. Ipse tamen a seipso ea parte non differt. Nam qui simus est, semper simus est; qui ad uncis est naribus, ad uncis semper naribus est. Nec enim fieri potest, ut quis quandoque pressis, quandoque ad uncis naribus sit. Hæc porro inseparabilia accidentia dicuntur, quod ut semel in aliquo exstant, nunquam ab eo separantur. Nihilominus autem accidentia sunt; quippe quod fieri possit ut quis non pressis naribus

sit homo, atque item quis non aduncis. Non enim omnis homo simus est, neque item natus aduncis. Omnis vero homo rationalis est.

Accidentia vero separabilia ea sunt, quæcunque idem homo, seu eadem hypostasis, aliquando quidem habet, aliquando vero non habet: ut agricultare, & sanum esse; sedere ac stare; gaudere & tristari, ac similia.

*De iis quæ sunt ejusdem ac diversæ substantiæ.*

CAP. VI.

Eiusdem substantiæ, naturæ, formæ, speciei, ac generis ea sunt, quæ sub eadem specie, eademque essentia continentur; puta Petrus, Paulus ac reliqui singulares homines; omnesque boves, & canes omnes, aliaque similiter. Diversæ autem substantiæ, naturæ, formæ, speciei, ac generis ea sunt, quæcunque sub alia & alia specie continentur, atque alia ratione substantiæ: v. g. homo, & equus, & bos, & canis, & similia.

*De genere & specie.* CAP. VII.

Genus dividitur in species: v. g. animal rationale ac irrationale. En animal genus est rationalis & irrationalis: rationale autem & irrationale, animalis sunt species. Rursus di-

viditur rationale, in mortalem hominem, ac angelum immortalem. Rationale ergo, genus est mortalis & immortalis; mortale vero & immortale, species rationalis. Ut autem quod dico dilucidius fiat, a principio sermone resumamus.

Genus generalissimum est primum genus, quod cum sit genus, non est species, eo quod nullum aliud supra se genus habeat. Species-  
lissima autem species, est species extrema & infime subiecta; quæ cum sit species, non est genus, quia nullas alias ex se divisas species obtinet. Sunt porro inter genus generalissimum, & species specialissimas genera alia & species: genera quidem eorum, quæ superiore sunt; species autem eorum, quæ inferiora: quæ quidem subalterna vocantur. v. g. genus generalissimum est substantia: nullum enim illa supra se genus habet: quapropter neque species est. Dividitur autem in corpus & incorporeum. Corpus dividitur, in animatum & inanimum. Animatum dividitur in sensibile & insensibile: sensibile in rationale & irrationale; rationale in mortale & immortale. Incorporeum igitur, rationale ac im-

mortale est. Porro incorporeum hic substantiam dico, velut animam, Angelum, dæmonem. Hæc enim singula, species specialissimæ sunt. Corpus autem animatum sentiens, animal est: animal vero rationale mortale, homo, qui est species specialissima: animal irrationale latrabile, canis, qui est species specialissima. Tum vero corpus animatum insensibile, est planta: corpus omnino inanimum, terra, aer, aqua, ignis; quæ sunt species specialissimæ. Ad majorem rursus elucidationem hoc dicimus..

Substantia, quæ complectitur, sublimiori quidem supra substantiam modo, deitatem in creatam; notitia vero sua, & complexu suo, paternam omnem creatam, genus est generalissimum. Hæc aut incorporea, intellectuалиs, atque immortalis substantia est, uti Deus, Angelus, anima, dæmon; aut corpus inanimum, ut ignis, aer, aqua, terra; aut corpus vegetabile, ut vitis, palma, olea, & similia; aut corpus animatum sensibile, hoc est animal, ut equus, canis, elephas, ac similia; vel quid ex corpore & incorporea anima concretum, ut homo. Ex his substantia,

Z 4 quia

quia prima est ac universalissima, omniaque  
complectitur, genus generalissimum est.  
Eius generis generalissimi species sunt, incor-  
poreum, corpus inanimum, corpus vegeta-  
bile; corpus animatum ac sentiens, hoc est  
animal. Dicuntur hæc genera subalterna ac  
species. Sunt quippe species substantiarum, ut  
quæ ex ea dividantur; singula vero eorum  
in alias species dividuntur, quas continent,  
& quibus universaliora sunt. Nam substanc-  
tia quidem incorporea Deum complectitur,  
angelum, animam, dæmonem: corpus au-  
tem inanimatum, terram, aquam, aerem,  
ignem; corpus vegetabile, vitam, oleam &  
palmam, & similia: animatum & sensibile,  
sive animal, equum, bovem, canem, & si-  
milia. Ad hæc vero hominem quoque ex  
incorporali anima & corpore concretum. Es-  
sentialia porro quæ subjicitur (multa autem  
significat) est, ut Deus, ut angelus, co-  
elum, terra, aqua, ignis, aer, animal ra-  
tionis expers, volatile, vietum, lapis, ho-  
mo, vita, possessio, partimonium, divitiae.  
Est itaque hypostasis quidem, individuum,  
ac persona; veluti, Pater, Filius, & Spi-  
ritus

gitus sanctus: species autem ea complectens,  
Leitas omni substantia superior ac incom-  
prehensa. Praterea sunt hypostases, Micha-  
el, Gabriel, ac reliqui singuli angelii: spe-  
cies vero quæ illos complectitur, est natura  
angelica. Item sunt hypostases, Petrus,  
Paulus, Joannes, & alii particulares homi-  
nes: quæ autem illos continet species, est  
humanitas. Ad hæc, hypostases sunt, his  
equus, ac ille; eosque complectens species,  
equus est absolute & simpliciter. Ruisus  
sunt hypostases, hæc, & illa olea arbor; e-  
as autem complectens species, olea sim-  
pliciter.

Post sciendum est, ea quæ individua  
complectuntur, vocari solum species specia-  
lissimas, uti angelus, homo, equus, ca-  
nis, olea, palma, ac similia: quæ autem  
complectuntur species specialissimas, dici  
cantum genera & species subalternas; ut in-  
corporatum corpus inanimum, insensibile,  
vegetabile, animatum sentiens, nempe ani-  
mal, rationale, irrationale, mortale, im-  
mortale, bipes, quadrupes, reptile, vo-  
latile, ac ejusmodi omnia; quæ quidem

continent specialissimas species , ac earum sunt genera , ac differentiae constituentes ; continentur tamen sub generalissimo genere , nempe substantia .

Sed & alia quoque ratione de istis philosophari licet . Quaecumque Deus una ius sione creavit , ejusdem generis sunt , Puta , † præcepit Deus , ut pisces fierent , moxque emerserant multæ piscium distinctæ classes ; omnes tamen pisces unius generis sunt ; singulæ autem classes ejusmodi , singulas efficiunt piscium species . Rursum præcepit , ut aquæ volucres producerent ; suntque procreatæ plures item volucrum classes . Omnes porro volucres unum genus habent . Singulæ autem volucrum classes illæ , singulæ sunt generis volucrum species . Idemque est de reptilibus , pecudibus , bestiis , herbis , oleribus , aiboribus . Dicit r quoque unum genus omnium animalium , unumque genus omnium plantarum , ac rerum genus rerum anima penitus carentium , omnique prorsus augescendi , aut nutriendi virtute ; rursusque unum genus incorporeorum , ac unum genus corpora-

rea .  
† Gen. 2. v. 22.

etorum. Sed & creaturæ omnes, unum vocatur genus ; nultaque sub eo creaturæ genere species, classes sunt creatorum. Omnis denique substantia, genus unum est.

*De Operatione. CAP. viii.*

Operatio est motus efficax ejus qui agit. Naturalis autem operatio, est efficax naturæ motus ; ut rationalis motus intellectus, vivere, sentire, nutrita, crescere, generare, ac motus ex impulsu ; hoc est motus corporis. Item motus imaginationis memoriae, iræ, cupiditatis, voluntatis, seu appetitus animi, ac similia. Hæc autem quinque se modis habet : Aut enim intellectualis est, ut in angelis & in omnibus substantiis incorporeis, quæ simplici intuitu intelligunt ; aut rationalis, ut in hominibus, qui ex incorporeo anima ac corpore concreti, non simplici, sed varia ac ratiocinante animi applicatione intelligunt ; aut ex virtute animali proficiuntur, ut in brutis animantibus, quæ sensu quidem prædicta sunt, minime tamen ratiocinantur, nec intelligent : aut vegetante, ut in iis quæ sensu destituta, vitam altrice, auertrice,

ac generatrice pollent: aut denique vis illa vitalis omnino non est; ut in terra ac lapidibus, quibus nec animalis, nec altrix, auctrixve facultas inest quanquam nec eis omnino quædam operationes desint.

*De Passione. CAP. IX.*

Passio naturalis, est motus, patiens naturæ ejus qui patitur; qui quidem est aëtus naturæ; passio vero illius in quo hic recipitur; † veluti ortus, gaudium, tristitia, angor, mœror, metus, pigritia, labor, somnus, voluptas, dolor, iracundia, cupiditas, fætio, fluxus, interitus, & alia id genus. Hæc ac similia, passiones sunt naturales & inculpatæ, quæ in nostra potestate minime sitæ sunt. Solum autem peccatum naturæ adversatur, ut quod voluntaria liberaque animi passio sit, ejusque corruptæla.

*De Voluntate. CAP. X.*

Voluntas naturalis, est appetitus rationalis. Ac rursus voluntas naturalis est cupiendi motus animi rationalis ac liber. Quæ enim ratione carent, libere non moventur ad appetendum. Excitatio namque appeti-

tu.

¶ Greg. Niss. orat. 5. cont. Eunom. p. 170.

tu, cum ratione[m] præsidem non habeant, trahuntur a natura, cuius appetitu vincuntur. Quapropter statim etiam feruntur ad agendum, nisi ab altero quopiam prohibeantur; atque adeo non sive juris ac arbitrii sunt, sed mancipiorum insitae. Rationalis autem natura potestatem habet, ut vel cedat appetitu vel non cedat: sed eam superat. Idque ostendit ipsa natura, cum viræ cupiditas rationi cedit, etsi naturæ penitus insita est. Hanc enim multi ratione duce vincentes sponte mortem adierunt; cibique, ac somni reliquorumque abjecto appetitu, naturam egerunt libera ratione, non se ab ea agi passi sunt. Ut igitur naturalis appetitus naturæ omni sensibili inest, sic & arbitrii libertas, omni rationali naturæ. Quidquid enim est rationale omnino & liberum est; atque in hoc positum, quod esse ad imaginem Dei dicimus. Est ergo naturalis voluntas, rationalis, & libera appetendi vis ac motus. Quæ autem voluntati subiecta sunt ad appetendum, ea judicij voluntates & appetitus dicuntur. Nam cum animus sit liber, arbitratu suo ad eorum

usum fertur. Hæc porro sunt, ut comedere,  
& non comedere; bibere, & non bibere;  
ambulare, & non ambulare; nubere, & non  
nubere, aliaque ejusmodi quæ in nostra vo-  
luntate sita sunt; que & ipsa possumus, quæ  
que iis contraria sunt.



## DE HÆRESIBUS COMPENDIUM,

unde ortæ sint, & quomodo prodierunt

ERESUM omnium, seu sectarum  
H parentes a primigenit quatuor sunt;  
nempè, 1. Barbarismus, 2. Scythismus, 3. Hellenismus. 4. Judaismus :  
ex quibus originem duxerunt aliæ omnes.

1. BARBARISMUS, qui solus a diebus  
Adami ad decimam usque generationem,  
seu Noe tempora perseveravit. Qui Bar-  
barismus propterea dictus est, quod hujus  
ætatis homines, neque certum quendam du-  
cem haberent, nec inter se convenirent ;  
sed unusquisque prout sibi visum esset, vi-  
tam institueret, ac pro lege suum quisque  
sibi natum & arbitrium proponeret.

2. SCYTHISMUS, a Noe temporibus,  
deincepsque ad usque turris & Babylonis  
constructionem, ac paucis adhuc a turre con-  
dita annis obtinuit, hoc est, usque ad Pha-  
leac & Ragau, qui ad Europæ partes decli-  
nantes, a Thara ætate (a quo Thraces or-  
tum habuerant) & ultra, Scythæ partibus,

eiusque gentibus, attributi sunt.

3. HELLENISMUS, a Serug ætate ad dolorum cultum exorsus est. Cumque turis temporis falsa quisque superstitione diceretur, deinceps civiliorē in utram, & ad ceras leges simulacrorumque ritus sese homines transferentes, quos quoniam duces & autores habuerant, deitate donabant. Ac primum quidem eos, quos olin honoribus affecerant, sive Principes, & Tyranni, siue præstigiatores, tum eos etiam qui memorabile quidpiam, tum fortitudinis, tum roboris facinus edidissent, pictis coloribus depingere & adumbrare cœperunt. Postea vero, Tharæ patris Abrahami tempore, simulacris ac statuis erectis, idolatriam invexerunt. Quippe majores suos, atque alijs qui vivis iam exempti erant, simulacris honestantes, primum arte figulis statuas effinxerunt, tum ad omnem artem imitandi pervenit industria. Nam & architetti sectis lapilibis, & argenarii, & aurifices; nec non & fabri sua quique materia, ac reliqui deinceps effigies moliti sunt. Aegyptii porro, moxque Babilonii, nec non

Phry-

Phryges, ac Phœnices cultus hujus, simulariorumque, ac mysteriorum auctores primi extiterunt. A quibus pleraque ad Græcos translata, jam tum ab ætate Cecropis & deinceps. Postea vero longo demum intervallo, Saturnum, Martem, Jovem, Apollinem, ac reliquos Deos celebrare cœperunt. **Eλάννες**, id est Græci, nomen ab Heleno quodam soititi sunt, qui in Græcia degens, regioni illi appellationem indidit. Sunt qui *ἀπὸ Τῆς ἐλαίας*, id est ab oliva quæ Athenis exorta est, nuncupatos esse velint. Hujus generis conditores fuerunt Jones, qui, ut ex accuratiore historia constat, a Jovan, seu Javan quodam nomen habuerunt, uno eorum qui turrim extruxerunt, quando & universorum linguæ divisæ sunt; quam ob causam *Μερόπες* omnes, a linguarum divisione, dictæ sunt. Postea vero recentiori ævo Hellenismus in certas sectas abiit: ut puta Pythagoreorum, Stoicorum, Platonicorum, Epicureorumque. Cœterum veræ pietatis ac religionis character una cum lege naturæ vigebat, ab his se nationibus, ab ipsa mundi origi-

origine, deincepsque, segregans, Barbaricam inter, Scythianique, & Graeciam supestitione n permanens, donec cum Abrahami pietate ac religione coaluit.

4. TUM vero Judaius ab Abraham temporibus characterem circumcisionis accipiens, & a Moysè, qui septimus ab Abrahamo fuit, per legem a Deo datain consecratus; a Iuda quarto Jacobi, qui nominatus est Israel, filio, per Davidem, qui primus e tribu Iuda regnum obtinuit, ad extremum Judaismi nomen sortitus est. De quatuor hisce sectis breviter ac aperte loquutus est Apostolus, cum ait: *In Christo enim Iesu non est Barbarus, nec Scytha, nec Graecus, nec Iudeus, sed nova creatura.* Col. 3. 11.

### *Græcorum sectæ variae.*

**P**YTHAGOREI, qui & Peripatetici His Pythagoras monadem, & providentiam sanctit, etiisque sacrificare (Diis scilicet) vesci animati, ac vino uti. Duas in classes res distribuit: quæ a Luna & sursum patent, immortales asserens; quæ inferiores existunt, mortales, Animas e corpori-

poribus in corpora transfundi voluit, eum animalium ac bestiarum. Silentium per annos quinque colere docuit. Tandem integrarunt, cum Dei nomen sibi arrogaret.

6. PLATONICI Deum, & materiam, & formam statuerunt, mundum item oratum quidem habuisse, ac interitui obnoxium esse: animam ingenitam, & immortalē, ac divinam arbitrati sunt. Hujus tres esse partes; rationalem scilicet, irascentem, & concupiscentem. Communes omnibus uxores esse voluerunt; ut nemo unam aliquam haberet propriam: sed ut quilibet qualicumque (cum modo illæ id ipsum vellet) copiam haberet. Idem etiam animalium in alia ex aliis corpora, etiam bestiarum, transitus affirmabant. Deos denique complures ab uno esse productos.

7. STOICI, rerum universitatem corpus esse definient: mundum ipsum aspectabilem, Deum esse statuunt. Nonnulli etiam ex iōne naturam illius constare censuerunt. Deum quippe mentem esse afferant, ac vastissimæ totius molis cœli & terræ velut animam. Cujus corpus, ut dixi, totum sit

hoc universum ; oculi vero sidera . Omnia  
interire carnem ; omniumque animam in a-  
lia ex aliis transire corpora .

8. EPICUREI , atomos , partibusque ca-  
rentia corpora , ejusdem generis , ac infinita ,  
omnium principium esse docuerunt , Vitæ  
Beatæ finem in voluptate posuerunt : a Deo  
& providentia res administrari negabant .

9. SAMARITISMUS , & qui ab eo Sa-  
maritæ . Hujus a Judæis origo deducitur ,  
sectarum apud Græcos divortiis , earumque  
dogmatibus antiquior : cum tamen Gentilium  
supersticio sit , atque inter eam ac Ju-  
daismum medium quid existens ; hac occa-  
sione exorsus est a Naþucodonozoris tem-  
pore , ac Judaica captivitate . Primi nempe  
sectæ autores , cum ex Assyriis in Judæam  
coloni deduci essent , quinque duntaxat  
libros Moysis acceperunt , quos per Esdram  
sacerdotem Rex ad illos Babylone submisi-  
rat . Itaque cœtera cum Judæis habent com-  
munia , si hoc unum excipis , quod Gentes  
abominantur , alienigenamque contingere  
refugiant : quoique mortuorum resurrectio-  
nem , & cœteras post Moysen prophé-  
tias

tias rejiciant.

*Samaritarum factio[n]es quatuor.*

10. **G**ORTHENI, qui dies festos aliis, quam Sebuæi, diebus agunt.

11 SEBUÆI, qui ob eandem festorum di[um] occasionem a Gorthenis dissentiant.

12. ESSENI, qui neutri parti repugnant, sed cum iis, in quos incideint, nullo delectu festa peragunt.

13. DOSITHENI, qui iidem, quibus Samaritani, institutis vivunt, circumcisio[n]em, Sabbathum, cœteraque, nec non Pentateuchum adhibent; præcipue vero, ac præ aliis sibi ab animatis temperant, ac perpetuo fere jejunant. Suntque inter illos qui virginitatem colant: alii continentiam: non desunt tandem qui mortuorum resurrectio[n]em credant, quod a Samaritanorum doctrina abhorret.

*Judeorum Hæreses, seu selectæ, numero septem.*

14. **S**CRIBÆ, qui iidem ac Legisperiti erant, & traditionum, quas a majoribus ac

perant διδασκαλίαν ( id est secundæ legis, ore traditæ, interpres. ) Hi ritus omnes a majoribus institutos superstitionis cœteris ac diligentius servabant; quos quidem ex lege non didicerant, sed sibi metipsis cultus ac ceremonias extra legis præscriptum sanxerant.

15 PHARISÆI, quos segregatos interpretari possis, qui perfectissimam vitæ rationem professi, probitate cœteros antecellere viderentur. Mortuorum resurrectionem affirmabant, quam etiam Scribæ profitebantur. Item Angelos esse, ac Spiritum sanctum non negabant: variis observantiis addicti erant: continentiam certum ad tempus, virginitatem quoque definierunt; bis in hebdomada jejunare, urceos, discos, & pocula sèpius ablucere, ac mundare, ut & Scribæ, soliti. Ad hæc decimas, & primicias, & preces assiduas addebant: superstitione vestimentorum genera, i cuiusmodi sunt pallia, Dalmaticæ seu colobia, ac latiora quædam Phylacteria, hoc est segmenta purpurea, fimbriæ, & malo granata vestium oīs appensa, quæ temporaria illius continentia-

nentiæ signa præferebant. Idem postremo genitaram & latum introducebant.

16. SADDUCÆI, quibus ab exactissima justitia nomen erat, e Samaritanorum gente, nec non a Sacerdote quoam Sadoc nomine exordium sunterunt. Mortuum resurrectionem negant. Neque Angelum admittunt, neque spiritum: in ceteris vero Judæis consentiunt.

17. HEMEROBAPTISTÆ, per omnia Judæi erant. Porro neminem æternæ vitæ compotem fieri posse dicebant, nisi quotidie baptizaretur.

18. OSSENI, quorum nomen procacissimos viros significat. Hi ex præscripto legis omnia peragebant. Sed & alias lege posteriores scripturas adhibebant; plerisque tamen Prophetarum rejectis,

19. NASSARÆI, quos contumaces interpretari possis. Non solum omnem esum carnium prohibebant, verum etiam animatis rebus omnino abstinebant. Patriarcharum quorum in Pentateucho ad Moysis, & Josue tempora mentio fit, sacra nomina adsciscunt, ac iis fiduciam habent: cu-

iusmodi sunt Abraem, Isaac & Jacob, iisque superiores, nec non & Moyses ipse cum Aaron atque Josue. Cœterum quinque illa volumina Moysis esse non putant, & alia ab iis diversa apud se servari jactant.

20. HERODIANI, cum Judæos in omnibus sese præstarent, Herodem autem ut Christum expectabant; eique, & Christi dignitatem, & nomen affingebant.

*Hacenius prior Tomus, continens adversus omnes istas viginti hærejes, in quo etiam de Christi adventu.*

21. **S**IMONIANI, dicti a Simone Mago sunt, qui Petri Apostoli temporibus, Gitthis Samariæ vico oriundus, ex Samarita Christianum nomine tenus profesus est. Auctor nefandæ obscenitatis, & inquinatissimi omnium sine discrimine corporum concubitus. Corporum resurrectionem rejiciebat, nec a Deo mundum fabricatum esse fatebatur. Imaginem porro suam, scortique sui, nomine Helenæ, sub Jovis ac Minervæ specie discipulis adorandam obtrusit.

trusit. Apud Samaritas pro Deo Patre se venditans, Judæis Christum se esse prædicabant.

22. MENANDRIANI, e Simonis primum schola Menandro quodam duce profeti, certis in rebus a Simonianis discrepabant. Hi mundum ab Angelis productum fuisse afferebant.

23. SATURNILIANI in Syria Simonianorum obscenitatem amplexi sunt. Nonnulla vero ad majorem conciliandum stuporem ad illorum dogmata adjecerunt. Horum princeps Saturnilus fuit. Hi perinde atque Menander, nondum ab Angelis conditum fuisse ajunt; atque id duntaxat moltos septenos ex eis, contra voluntatem ac sententiam supremi parentis.

24. BASILIDIANI, ejusdem fœdatis actores, Basilidem magistrum agnoscunt, qui cum Saturnili, tum Simonianorum ac Menandrianorum auditer fuit; & tametsi eadem fere sentiat, in quibusdam tamen discrepat. Nam cœlestes orbes 365. esse docet, quos Angelicis nominibus nuncupat; atque ideo annum totidem diebus constare

censer; quem numerum ccclxv. nomine  
Αρπαστας exprimi; illudque sanctum es-  
se nomen asserit.

25. NICOLAITÆ, a Nicolao illo no-  
men sumserunt, cui ab Apostolis necessa-  
rii ministerii cura commissa fuerat. Hic ze-  
lotypia ob uxorem astuans, cum aliis im-  
puram quoque libidinem exercere suos do-  
cuit. Sed & Caulacauch, & Prunicum,  
aliaque nominum portenta in mundum in-  
vexit.

26. GNOSTICI, harum haeresium sunt,  
successores, qui longe omnes turpitudinis,  
& execrandæ foeditatis vesania, ac furore su-  
perarunt. Perro Stratiotici, seu Militares,  
in Aegypto dicuntur, & Phibionitæ; in  
superioribus vero locis Sacra.itæ; in aliis  
partibus Zacchri. Sunt, qui eos Coddianos  
nominent, alii demum Borboritas appel-  
lant. Hi *Burbelo* & *Bero* jactitant.

27. CARPOCRATIANI, a Carpo-  
cate quodan Asiatico dicti, qui ad omne tur-  
pitudinis, ac flagitorum genus discipulos  
informabat. Ac nisi quis, ajebat, omnia  
percurrerit, omniumque dæmonum, & An-  
gelo-

gelorum voluntati satisfecerit, supremum  
in cœlum evagi non potest, neque prin-  
cipatus, potestat. sive transcedere. Af-  
ferebat idem I. sum animam mente præditam  
assumisse; qui cum cœlestia noverit, ea  
hominibus annunciat. ac si quis eadem,  
quæ Jesus, faciat, illi parēm fore. Deinum  
legem una cum mortuum resurrectione  
rejiciebat, quemadmodum & Simoniani,  
ceterique onnes quos percensui. Ex hujus  
grege Marcellina illa Romæ fuit. Idem  
quoque Jesu, Paulique, nec non Homerii,  
& Pythagoræ imagines clanculum fingens,  
suffitibus eas & adorati ne prosequebatur.

28. CERINTHIANI, qui & Merin-  
thiani, a Cerintho & Merintho, Judaici ge-  
neis homines, circumcisio gloriantur.  
Mundum ab Angelis fabricatum dicebant;  
Jesus vero virtutis progressu ad Christi no-  
minis dignitatem evectum.

29. NAZARENI, Christum Jesum con-  
fidentur Dei filium esse; at juxta legem in  
omnibus vivunt.

30. EBIONÆI, ad Cerinthianos quos  
modo nominavi, ac Nazarenos, proxime  
acce-

accedunt . Quibuscum etiam Sampſæorum ac Elcesæorum hæresis aliqua ex parte convenit . Hi Christum in cœlo creatum affirmant, sanctumque Spiritum . Christum in Adam primum habitasse, eumque aliquandoiu deseruisse, ac rursus in ipsum subiisse, atque idem fecisse in suo secundum carnem adventu . Eti Judæi sunt, Evangelii tamen utantur . Carnium esum detestantur . A quam pro Deo venerantur . Christum in illo suo in carne adventu, uti diximus, hominem induisse ajunt . Aquis se identidem, tam hyeme, quam estate abluant, ad purificationem scilicet, veluti Samaritæ .

31. VALENTINIANI , carnis resurrectionem negant . Vetus improbant Testamentum ; Prophetas tamen legunt: ceteraque omnia, quæ ad ipsorum hæresim per figuram & tropum accommodari possunt, ea suscipiunt . Quasdam autem alias fabulas addiderunt, triginta seculorum nomina commemorantes, simulque masculo-fœminas a Patre universorum productos, quos & Deos & secula esse existimant . Demum Christum e cœlo corpus detulisse, ac per Mariam

riam velut per tubum transisse.

32. SECUNDIANI, eorumque socii Epiphanes & Isidorus, easdem seculorum syzygias admitentes, cum Valentino consentiant; in eis tamen exponendis & enarrandis obscenitates varias exercere docuerunt. Carnem etiam & ipsi improbant.

33. PTOLEMAITÆ & ipsi discipuli Valentini, quibuscum Flora conjungitur. Hi quoque eadem cum Valentino & Secundianis de syzygiis, seu conjugationibus astruunt: in quibusdam ab illis discrepant.

*Atque hæc est Tomi secundi libri primi tredecim hæresum recapitulatio.*

*Quæ vero sequuntur hæreses 13. in hoc tertio tomo reperiuntur.*

34. **M**ARCOSÆI, (a Marco dicti sunt.) Marcus enim quidam Colorbasii condiscipulus fuit, qui & ipse duo principia invexit. Resurrectionem mortuorum negavit. Utebatur ejusmodi præstigiis, ut certis carminibus poculorum liquorem in cæruleum, purpureumque colorem verteret,

qui-

quibus sacris deceptas mulierculas initiahat. Idem ex xxiv elementis, perinde ac Valentinus, universa pendere vult.

35. COLORBAS EI Colorbasus iste est asdem pene opiniones anplexus eit; in quibusdam tamen diffidet ab aliis heresibus, Marci videlicet & Valentini. Siquidem emissiones seculorum & Ogdoadas alio modo tradidit.

36. HERACLEONITÆ . Hi quoque in commentariis ogdoadibus explicandis a Marci, Ptolomæi, & Valentini, ceterorumque mente recessisse videntur. Suos porro sub ipsum vitæ exitum, eodem quo Marcus ritu, oleo, opobalsamo, & aqua in caput infusis, relinunt; in quo invocationes quasdam Hebraicis verbis admirant super caput ejus qui redimitur.

37. OPHITÆ, serpente n venerantur, eumque esse Christum putant. Porro naturalem serpentem, seu reptile quod colunt, in cista quadam servant.

38. CAJANI. Idem isti sentiant ac se stæ aliae quæ letem redudiant, legisque auctorem abnegant. Resurrectionem carnis im-

pro-

probant. Cainum commendant; quem præiantioris cuiusdam virtutis fuisse prædicant. Sed & Judam divinis honoribus afficiunt, nec non & Coré, & Dathan, & Abiron, & Sodomitas.

39. SETHIANI. Hi rursus Sethum misericordie laudant, ipsum ex supernæ parentis poenitentia, quod Cainum evadisset, procreatum dicentes. Postea cum Cain repudiatus, Abelque occisus fuisset, cum superno Patre congressam, parum semen Sethum produxisse, ex quo deinceps universum hominum genus propagatum sit. Postremo principatus, & potestates, ceteraque, ut alii, omnia statuunt.

40. ARCHONTICI. Ad plures principes universa revocant, ac quæcumque facta sunt ab illis orta prædicant. Habent & fœdissimæ quoddam libidinis genus: carnis resurrectionem negant: vetus testamentum rejiciunt. Utuntur tamen & veteri & novo testamento, verba singula ad suam mentem falso trahentes.

41. CERDONIANI, a Cerdone qui ab Heracleone, quem erroris hauserat, novis

vis inventis auxit . Hic Romam e Syria profectus , Hygini Episcopi temporibus sua dogmata disseminavit . Porro duo principia invicem contraria adserit : negat Christum esse vere natum . Mortuum item resurrectionem ac vetus testamentum rejicit .

42. MARCIONISTÆ . Marcio oriundus ex Ponto , patre quidem Episcopo natus est ; a quo ob virginis stuprum Ecclesia ejectus , Romam aufugit . Ubi cum ab iis qui tum Ecclesiæ præerant pœnitentiam frustra postulasset , Catholicam fidem oppugnare instituit . Quamobrem tria esse principia dixit , bonum , justum , & malum . Novum testamentum a vetere , ut & ejusdem auctore alienum esse docet . Carnis resurrectionem ipse cum suis sustulit . Non unum duntaxat baptisma , sed & duo , & tria , post lapsum indulget . Pro mortuis catechumenis suis baptismum alii suscipiunt . Apud istos mulieribus libere baptismum conferre permittitur .

43. LUCIANISTÆ . Lucianus quidam , non ille qui nuper Constantino imperante vixit , sed antiquior illo , in omnibus Marcionis

cionis doctrinis adhærescit. Nonnulla quoque adjecit, quæ Marcion non tradiderat.

44. APELLIANI. Apelles hic eadem etiam atque Marcion & Lucianus prædicat. Quidquid conditum est, ipsumque Conditorem vituperat. Non tamen tria, ut illi, principia, sed unum tantum invexit, Deumque unum supremum, ac qui nominari nequeat, qui nihilominus Deum aliud considerit. Hunc vero sic conditum, cum malus evasisset, suapte improbitate mundum creasse.

45 SEVERIANI. Severus hic Apellis affecta, viuum penitus damnat, fingitque ex Satana serpentis speciem habente, & terra simul coeuntribus vitem procreatam fuisse. Muliebrem quoque sexum detrectat, quam a sinistræ potestatis esse dicit. Principum nomina quædam, ac libros quosdam Apocryphos adhibet. In mortuorum resurrectione, veterique testamento rejiciendis cum hæresibus aliis convenit.

46. TATIANI. Tatianus hic cum S. Justino Martyre ac Philosopho floruit. Post ejus obitum Marcionis dogmatum conta-

gione corruptus, eadem ac ille docuit; a  
illis tamen præterea adjectis. Ferunt e Me-  
sopotamia oriundum hunc fuisse.

*Haec sunt Tomi primi Libri secundi Hæreses*  
13.

*In tertio vero Tomo Libri secundi, Hære-  
ses 18. continentur.*

47. ENCRATITÆ, Tatiani quædam  
dérivatio & appendix, nuptias im-  
probant. quas Satanæ tribuunt. Ab anima-  
torum esu abstinendum esse sentiunt.

48. CATAPHRYGES, qui & Monta-  
nistæ & Alcodrugitæ, utrumquæ testamen-  
tum suscipiunt: sed novos quosdam Pro-  
phetas adjiciunt, Montanum quemdam, ac  
Priscilam celebrantes.

49. PEPUZIANI, qui & Quintilliani  
dicuntur, quibus accedunt Aitotyritæ; hæ-  
reses dux. Superioribus quidem illis, hoc  
est Cataphrygibus, a numeran ur, sed ab  
eis tamen diversa nonnulla sentiunt: ac Pe-  
puzan, desértum quoddam oppidum, Ga-  
latiam inter & Cappadociam, ac Phrygiam

*Actus*

strum, divinis honoribus extollunt, eamque Hierosolymam esse dicunt. Et autem & alia Pepuza. Muuerios. Magistratus & Sacerdotia deferunt. Sacra faciunt, puerorum quidem acubus æreis compungentes, ut solent Cataphryges, ejusque sanguini farina admista, panem conficientes, oblationis participes sunt. Fingunt Pepuzæ Christum olim se Quintillæ, seu etiam Priscillæ, videndum præbuisse mulierori specie. Vetus ac novum testamentum adhibent, ita tamen ut omnia pro animi libidine ad prævos sensus transferant.

50. TESSARESCÆDECATITÆ, seu Quartodecimani, qui stato anni die Paschæ celebrant; ut quancumque in diem decima quarta Luna incarerit, sive Sabbathum, sive Dominica fuerit, ea die jeunent, ac festivas celebrent vigilias.

51. ALOGI, a nobis ita nominati, quæ Joannis Evangelium, ejusque Apocalyptum rejicunt: propterea quod Verbum Deum, qui ex Patre progrediendo semper existat, non recipiunt.

52. ADAMIANI. Ab Adamo quodam

ea ætate vivente denominati , ridiculum  
potius , quam veritati contentanum dogma  
profitentur . Porro rem hujusmodi facilitant .  
Nudi , quales ex utero matris egressi sunt ,  
viri perinde ac mulieres convenient , atque  
ita lectionibus , orationibus , ac cœteris re-  
ligionis officiis vacant . Solitariam autem  
vitam agentes , ac continentium iniuncta  
sestantes , nuptias damnant : ecclesiamque  
suam Paradisum esse existimant

53. SAMPSÆI , sive Elcesæi , ad hunc  
usque diem in Arabia degunt , juxta mare  
Mortuum , Elxæ cujusdam falsi prophetæ  
discipuli . Ex cuius stirpe Marthus & Mar-  
thina fœminæ duæ ætate nostra prodierunt ;  
quas Dearum instar hæresis ista coluit . Ea-  
dem porro cum Ebionæis omnino sentiunt .

54. THEODOTIANI , a Theodoto  
Coriario Byzantino dicti . Hic Græcis arti-  
bus apprime institutus , cum aliis quibusdam  
in ea , quæ cum saeviebat perse unctione com-  
prehensis , cum socii eius omnes propter  
Deum martyrum subiissent , fidem solus  
ejuravit . Ob iugis proris appetitus , id ex-  
sagittavit , ut Christum nudum esse hominem  
asse.

affereret ; ne criminis sibi verteretur quod  
Deum abnegasset .

55 MELCHISEDECIANI , Melchise-  
decum ita venerantur , ut virtutem quan-  
dam eum esse jaſtent , non purum homi-  
nem ; & ad eus nomen cuncta referre non  
dubitent .

56. BARDESIANISTÆ . Bardesianes  
iste ex Mesopotamia oriundus sinceram fi-  
dem initio amplexus est , ac in Philosophia  
excelluit . Sed a veritate pos ea recedens ,  
eadem cum Valentino docuit , præter pau-  
ca quædam in quibus ab illo discrepat .

57. NOETIANI . Noetus hic Smyrnæ-  
sis ex Asia fuit . Is cum aliis in currum  
(furoris) elatus Υποτατόρος ( id est , ut ita  
loquar , Filio-patrem , aut Patri filium ) as-  
serere Christum ausus est , eundemque Pa-  
trem , ac Filium , & Spiritum sanctum pro-  
fiteri : se vero , Moysen esse , fratremque  
suum , Aarone , venditare .

58. VALESII . Hi sunt , quantum su-  
spicor , qui Bacathi , quod Arabiæ Philadel-  
phiensis primarium oppidum est , habitant ;  
qui accedentes ad se , atque hospites caſtrare  
solent

solent: ac plerique inter ipsos eunuchi sunt & exlesti. Habent & alia quædam erroris referata dogmata; atque inprimis legem & Prophetas abnegant, quædamque obscenitates adjiciunt.

59. CATHARI. Novatum Romanum sequenti, digamos penitus proscribunt, & pœnitentiam non suscipiunt.

60. ANGELICI. Hi omnino non super sunt hodie; ita vero dicti sunt, vel quod se Angelici ordinis esse jactarent; vel quod Angelos invocarent.

61. APOSTOLICI, qui & Apotaætici (i.e renunciantes) in Pisidia duntaxat eruperant. Illos solos admittunt, qui se bonis abdicaverint. Encratitis affines sunt, et si quædam alia ab illis præterea statuunt.

62. SABELLIANI. Cum Noetianis in omnibus propemodum isti consenserint, nisi quod Patrem negant esse passum; ajunque Verum esse ad instar illius quod ore profertur, atque iterum revocatur.

63. ORIGENIANI, a quodam Origenre derivati. Turpissimi iei sunt, ac nefariani præposticramque libidinem exercent sua-

huius corpora corrumpunt.

64. OKIGENIANI alii, ab Origene Adamantio scriptore. Hi mortuorum resurrectionem negant. Tam Christum, quam Spiritum sanctum rebus creatis accensent. Paradisum, ac cœlos, ceteraque omnia allegorice exponunt. Christi regnum quandoque cessare nugantur, itemque desituros Angelos: Christum vero cum Diabolo regno Dei subjiciendum, ac pro damnibus Christum crucifixum portentose confingunt.

*Hactenus 4. Tomi, ac secundi libri hæreses 13.  
In quinto tomo secundo vero libri secundi,  
hæreses quinque sunt.*

65. PAULIANISTÆ, a Paulo Samo-sateno. Paulus hic omni propemodum existentia Christum spoliat, dum eum in prolatitium sermonem transformat, cunctaque arte Mariam initium non habuisse prædicat. Quamobrem quæ in sacris litteris de eo rescruntur, propheticō more prænunciata docet, cum Christus nondum esset,

atque a Maria duntaxat, ex quo nimis rurum  
in carne apparuit, ac deinceps, extiterit,

66. MANICHAI, quos & Aconitas  
vocant, Manis Persæ discipuli; Christum  
specie tenus confitentes, Solem, Lunam-  
que colunt. Astra, virtutes, ac dæmones  
invocant. Duo principia sempiterna, bo-  
num & malum constituunt: Christum phan-  
taico modo apparuisse, ac specie tenus  
passum esse: vetus Testamentum, & eum  
qui in eo loquitus est, blasphemiiis one-  
rant. Mundum, non universum a Deo,  
sed ejus partem fabricatam esse definiunt.

67. HIERACITÆ, ab Hierace quo-  
dam interprete & doctore, Leontopoli, quod  
Ægypti oppidum est, oriundo nuncupati;  
carnis resurrectionem respuunt: veteri novo-  
que Testamento utuntur: nuptiis penitus  
interdicunt: Monachos autem, & virgines,  
continentes, ac viduas suscipiunt. Pueros  
immatura adhuc ætate defunctos, regni  
cœlestis participes fieri negant, eo quod  
nondum certaverint.

68. MELETIANI, Schismatici in Æ-  
gypto potius, quam hæretici habentur.

Hic cum illis precum communione adjungi noluerunt, qui in persecuzione lapsi essent. Idem tamen sese ad Arianos nunc aggregarunt.

69. ARIANI, qui & Ariomanitæ & Diatomitæ diæli sunt. Hi Dei filiorum creaturam; ac Spiritum sanctum in creaturæ creaturam prædicant. Christum carnem solam ex Maria assumisse affirmant, non item animam.

*Hacdenus tomus quinti, secundique libri tomus secundi hæreses quinque.*

*In priore tomo libri tertii septem hæreses sunt.*

70. **A**UDIANORUM propriæ schisma ac defectionis est, non hæresis. Horum vivendi instituta ratio proba atque honesta est: neque quoad fidem attinet, ab Ecclesia Catholicâ quidquam dissident. Habitant majori ex parte in Monasteriis, nec omnes ad preces suas admittunt. Magna apud illos est librorum Apocryphorum copia. Episcopos nostros, qui divites sunt,

aliosque aliis de causis condemnant. Quia etiam Pascha privatim eodem quo Judai tempore celebrant. Est & quiddam iphis peculiare, quod acriter propugnant: nempe hoc quod scriptum est, *ad imaginem*, durissime interpretantur.

71. PHOTINIANI. La Photino nuncupati sunt. Photinus iste Sirmio oriundus erat, eademque ac Paulus Samosatenus sensit.; in quibusdam tamen dissentit. A Maria Christum initium omnino accepisse affirmat.

72. MARCELLIANI. Horum Marcellus Ancyrae in Galatia Episcopus, auctor extitit. Cum enim prius pro Sabelliano communis fama traductus esset, seque etiam scripto saepe purgasset, a plerisque tamen creditum est iisdem ipsum opinionibus adhaerere. Fieri potest, ut vel ipse mutata sententia meliorem ad mentem sese revocaverit, vel ejus discipuli. Nam pro ejus habris orthodoxi quidam sese defensores interposuerunt.

73. SEMIARIANI. Christum quidem creaturam esse illi confitentur, sed ironice propositus & cavillando, creaturam eum vocantes,

santes & non velut e rebus creatis unam. Porro Filium, inquit, ilium dicimus, verum ne lati, eo quod genuerit passionem aliquam tribuamus, tandem creatum assumerimus. Idem & Spiritum sanctum omnino creaturam esse definit: cumque ὅμοιός τοι, id est consubstantialis, vocem in Filiō repudient, ὅμοιός τοι eum, hoc est substantia similem, admittunt. Quod ipsum tamen quidam ex illis respunt.

74. PNEUMA TOMACHI, id est Spiritus sancti impugnatores. De Christo quidem haud male admodum loquuntur, de Spiritu sancto autem blasphemant, enuncians quem & creatum asseverant & a divinitate alienum; imo vero abusione quadam vocis creatum dici propter actionem; qui nihil aliud praeter vim sanctificandi Spiritum sanctum esse doceant.

75. AERIANI. Aerius iste e Ponto originatus, hodieq; e magno, hominum dispendio in vivis superstes est. Fuerat autem Eustathii Episcopi Presbyter, quem Ariani erroris insinulaverunt. Aerius, eo quod Episcopus creatus non esset, multa adver-

adversus Ecclesiam dogmata commentus est . Ac quod ad fidem attinet , germanus Arii sectator est : sed amplius quiddam profiteatur ; puta oblationes pro mortuis non esse faciendas , Jejunia quartæ & sextæ feriæ , quadragesimæ , item & Paschatis prohibet : honorum abdicationem prædicat . Carnium & ciborum genus omne ad vitam absque timore adhibet . Quod si quis sectatorum ejus jejunare velit , statutis hoc diebus vetat fieri , sed quando libuerit . Non enim inquit , legi subiectus es . Episcopum docet nihilo præstantiorem esse Presbitero .

76 AETIANI . Ab Aetio Cilice , qui a Georgi , Arianorum Alexandriæ Episcopo diaconus ordinatus est . Anomii quoque vocitantur , & a quibusdam Eunomiani , ab Eunomio Aetii discipulo . Earumdem partium erat & Eudoxius ; sed Imperatoris mente ab illi se segregavit : quo factum est , ut solus Aetius exterminaretur . Quanquam in Ariano dogmate perseveravit , sed Aetium minime sequutus est . Porro Anomii , sive Aetiani , Filium & Spiritum sanctum a Deo Patre esse penitus alienum esse prædicant ,  
quos

quos creatos esse , nec quidquam similiu-  
ciniis habere docent . Quippe syllogismis  
quibusdam Aristotelicis & Geometricis Dei  
naturam explicare student , atque adeo Chil-  
ustum ex Deo esse non posse . Eunomiani ve-  
ro ex ipso profecti , omnes , qui ad partes  
suas transeunt , iterato baptizant , non Ca-  
tholicos solum , sed & Arianos ipsos ; idque  
hoc modo , uti percrebuit fama , pedibus  
in cœlum inversis , in caput illos intingent .  
Fornicationem , aut aliud quodvis peccatum ,  
nihil esse dictitant : neque enim Deum al-  
iquid querere , nisi ut in ea sola , quam ip-  
si prædicant , fide perseveretur .

*Hæ quoque sunt hæreses septem primi tomī  
libri tertii.*

*In secundo tomo libri tertii , hæreses qua-  
tuor sunt .*

77. **D**IMOIRITÆ , qui & Apollinari-  
stæ ; qui perfectam Christi Incar-  
nationem minime confitentur : quorum alii  
consubstantiale divinitati esse corpus dicere  
ausi sunt : Alii vero negarunt animam eum  
assu-

assumisse. Quidam his innixi veris, *Verbum caro factum est ex creata illum carne,* hoc est ex Maria, carnem accepisse inficiantur; solum vero Verbum carnem factum esse pertinaciter asseverarunt. Postea vero, quam ob causam nescio, mentem illum non assumisse dixerunt.

78. ANTIDICOMARIANITÆ. Hi Beatan Mariam semper virginem post editum Salvatorem cum Iosepho congregassam fuisse ajunt.

79. COLLYRIDIANI, in ejusdem Mariæ nomine statu anni die collyridas quasdam offerunt; qui usus consentaneum ex eitu nomen intitulum Collyrianorum.

80. MASSALIANI, quos interpretando Euchetas dixeris, id est, orantes. His adiunguntur et Gentilium sectis, quos Euphemitas, & Martyrianos, & Satanianos nominant.

Hactenus summa Tomi septimi.

Capita impie Massalianorum doctrina, exhibitis ipsorum collectis.

1. **H**abitare cum homine personaliter  
Satanam, & iisque in omnibus domi-  
nari.

2. Satanam & demones humanam men-  
tem possidere, hominamque naturam com-  
munione jungi cum spiritibus nequitiae.

3. Contuberniales esse Satanam & Spir-  
itum Sanctum in homine, & non fuisse A-  
postolos ab hac operatione qua corripiun-  
tur homines, liberos.

4. Baptismate homines non perfici: nec  
sacrorum mysteriorum perceptione ani-  
mum expiari, sed solis, in quas se illi im-  
pendunt, precibus.

5. Hominem post etiam baptismum sus-  
ceptum, in massa peccati esse.

6. Fidelem per baptismum non accipe-  
re incorruptibilem divinamque vestem, sed  
per orationem.

7. Etiam imperturbationem, animique  
summam tranquillitatem captandam esse;  
debereque Spiritus sancti participationem  
ipsorum sensu ac omni certitudine percipi.

8. Animam sic affici oportere sensu par-  
ticipationis coelestis sponsi, ut afficitur mu-  
lier

9. Spiritales homines intus forisque peccatum videre: nec non gratiam quæ infunditur, & quæ operatur.
10. Reuelationem esse quæ fiat in sensu & divina persona, tanquam doctrina.
11. Ignem conditorem esse.
12. Animam non habentem Christum, in sensu omnique actione serpentum esse ac venenatum bestiarum, hoc est adversariæ omnis virtutis, domicilium.
13. Mala, natura constare.
14. Ante violatum præceptum, Adamum cum Eva absque ullo libidinis æstu congreſſum esse.
15. In Mariam semen & Verbum cœcidisse.
16. Hominem oportere dupli anima preditum esse; una quam hominibus communem dicunt, altera, quam cœlestem.
17. Fieri posse, ut homo sensibilitate personam Spiritus sancti percipiat cum omni certitudine, plenitudine & operatione.
18. Posse his qui orant apparere Salvatorem

\*orem in luce: ac quodam tempore inventum hominem adstantem altari , cui sunt oblati tres panes oleo perfusi .

Adhac , manuum operam rejiciunt , velut quæ Christianos dedebeat . Præsertim vero suam in pauperes inhumanitatem promunt . Ajunt enim neque his qui sibi publice mendicant , aut quæ viduæ relictæ sunt , iisve qui adversa fortuna utuntur , vel corpore mutili , vel morbis afflicti , vel acerbis creditoribus obnoxii , vel latronum aut barbarorum incusioneibus attriti , aliisque calamitatibus in vite angustias ac egescatem detrusi sunt , eleemosynarum ope haudquaquam subventum iri oportere per eos qui sese bonis abdicant , aut etiam per eos qui beneficentia in primis student : sed sibi potius ipsis subministranda omnia . Se enim veros esse pauperes spiritu .

His addiderunt Ecclesiistarum ac sacerorum altarium contemptum Noi decere Monachos Ecclesiasticis interesse conventibus : satisque illis esse quas in suis oratoriis preces fundunt , Tantam enim premium vim esse dicunt , ut ipsis atque ipiorum disci-

pus Spiritus sanctus sensibilis modo visendum se præbeat. Quippe nugantur, eos, qui salutem velint consequi, ea perseverantia, nihil prorsus aliud negotii agentes, orationi vacare debere, donec peccatum instar fumi alicujus, aut ignis, aut serpens, aut cuiuspiam ejusmodi bellæ, orationis vi expellatur, ac per preces sensibili modo discedat; ingressum vero Spiritus sancti sensu quoque ipso suscipientes, perspicuum animo ejusmodi ingressus sensum habeant; hanc quæ veram esse Christianorum communio nem. Nec enim per baptismum, nec per manum Clericorum impositionem, ullo modo Spiritus sancti participes fieri, qui baptismo tinguntur, nisi assiduitate majori orationibus incubuerint. Quin etiam sine baptismo quemlibet Spiritus sancti participem fieri posse, modo apud ipsos perseverare voluerit, suaque doctrina imbutus fuerit: ut cum Presbyteri quidam dixissent eis: nos Spiritum sanctum per fidem haberi confitemur, non vero per sensum; ipsi illiceri minime dubitaverint, illis quoque Spiritus sensum datum iri, si cum ipsis ora-

re velint. Tanta autem eorum est arrogancia, ut eos qui apud ipsos sensum illum Spiritus sancti percepient, beatos praedicent, veluti perfectos, & ab omni culpa liberos, peccatoque superiores. Tumque adeo omni illos studio colunt, honoribusque prosequuntur, ceu nulli jam obnoxios peccati periculo, eoque perfectionis progressos, ut jam omni relaxatione frui, exquisitis vesci cibis, splendido comitatu tumescere, deliciisque omnibus tuto plane affici possint. Horum autem multi, tali accepto apud eos perfectionis testimonio, cum extraneis (quos nec Christianorum nomine dignos censent) aliquando degentes, in varia obscena flagitia, pecuniarum furta, & fornicationes incidere deprehensi sunt.

Plura quoque portenta comminiscantur: nam & legitimas nuptias nulla prorsus de causa dirimunt, & eos qui a conjugio recesserunt, velut Monachos recipiunt, ac beatos jactitant. Parentibus antores sunt, ut alendorum liberorum curam omittant; nosque ut omnia sua ipsis afferant, demen-

tare norunt. Servos a dominis profugos ul-  
tro excipiunt: illos item qui variis crimi-  
nibus obnoxii ad se confugiunt, nullo pœ-  
nitentia edito fructu, nulla sacerdotum au-  
toritate muniti, nulla habita ratione gra-  
duum, quos Ecclesiastici canones pœnitentia-  
tibus præscribunt, omni se statim peccati  
labe mundaturos pollicentur; modo quis ja-  
ctatam toties orationem apud ipsos exercens,  
extemporaneus discipulus ipsorum versutiæ  
ac fraudis accesserit. Adeo plane ut & quan-  
dam ejus generis peccatorum vinculis non-  
dum exemptos, in clericos ordinandos of-  
ferant illoram, qui Monasticæ observantiæ  
laude apud ipsos præstant, testimonio de-  
ceptis Episcopis, ut illis manus imponant.  
Hoc autem illi satagunt, non quasi cleri-  
corum gradus multi faciant; quippe cum  
ipsos etiam Episcopos, quando libuerit, as-  
pernentur: sed quod potestatem aliquam  
& autoritatem aucepentur. Quidam au-  
tem eorum nunquam sacris mysteriis com-  
municandum volunt, nisi Spiritus sancti  
adventus illa hora sensibilis ipsis fuerit.  
Nonnulli etiam abscindi naturalia membra  
per-

permittunt, iis qui voluerint. Excommunicationes autem facile contemnunt. Jurant etiam, ac pejerant absque ullo metu; & suam ipsorum hæresim subdole ejurare non dubitunt.

---

*Adbuc de dicta Massalianorum hæresi, qui maxime in Monasteriis inveniuntur, ex Theodoreti historia, libr. 4. cap. 11.*

**V**ALENTINIANI, & Valentis temporibus orta est hæresis Massalianorum, quos Euchetas vocant, qui eorum nomen Græca lingua interpretantur. Habent & appellationem aliam ex ipsa re impositam. Enthusiastæ enim dicuntur, propterea quod dæmonis cuiusdam vini & operationem recipiant, quam Spiritus sancti præsentiam esse putant. Qui extremo eo morbo affetti sunt, laborem manuum aversantur ut malum: seque somno dedentes, somniorum imagines divinum afflatum vocant. Hæresis autem hujus principes fuerunt Dadoes, & Sabas, & Adelphius, & Hermas, & Symeon, aliquique præterea, qui ab Ecclesiasti-

siatica communione segregati sunt , quod dicerent nec prodesse , nec obesse divinam escam , de qua Dominus ait *Ioan. 6. Qui manducat meam carnem & bibit meum sanguinem , viveret in eternum .* Morbum paro suum celeare studentes , etiam ubi convicti sunt , præfracte negant , eosque ejurant , qui eadem sentiant , quæ ipsi animis affixa circumferunt . Letoius Melitensis Ecclesiæ Antistes , divino vir ardens zelo , cum visderet multa monasteria , vel speluncas potius latronum , pestem hanc hausisse , ea incendit , ac lupos a grege abegit . Eodem modo celebratissimus Amphilochyius , qui Lycaonum Metropoli præpositus , gentem universam regebat , cum luem hanc illic grassari compertisset , insurrexit itidem , & greges , quos pascebat , a labore liberavit .

Flavianus quoque celeberrimus Antiochiae Præfuk , cum hos Edessæ versari , venenumque suum vicinis instillare didicisset , missa Monachorum turba , Antiochiam illos pertraxit ; morbumque quo laborabant inficiantes , hoc modo revicit . Calumniani nempe accusatores & mentiri testes dixit .

Adel.

Adelphiumque attate longa proiectum ad se benigne vocans, ac prope adsidere iubens, nos inquit, o senex, qui vitam longius produximus, humanam naturam accuratius novimus, & adversarios dæmonum conatus perspectos habentes, ipso gratiæ usu dona edocti sumus: isti vero, juniores cum sint, & nihil horum exacte noscant, spiritualiores sermones audire non sustinent. Quapropter exponas velim mihi, qua ratione affirmetis, & contrarium recedere spiritum, & Spiritus sancti gratiam advenire. His verbis delinit:is senex, latens venenum totum evomuit, dicens, sacrum baptismum nullam iis, qui cum consequuntur, utilitatem afferre, sed sola sedula oratione dæmonem inhabitantem expelli. Omnes enim qui eduntur in lucem, ex primo parente trahere ajebat, quemadmodum naturam, sic & dæmonum servitutem. His autem per sedulam orationem fugatis, advenire deinceps Spiritum sanctum, qui præsentiam suam sensibus & oculis exhibeat, tum corpus a perturbationum motibus, tum animam ab omni ad deteriora propensione

liberando ; ita ut nec jejunio jam opus sit  
quo corpus coeretur, nec doctrina refræ-  
nante, & ad rectum ordinem instuente.  
Neque vero protervis solummodo corporis  
motibus eximi, qui hunc adeptus sit, sed  
futura etiam aperte prævidere, & divinam  
Trinitatem oculis contueri. Perfozzo ad  
hunc modum fœti lo fonte, rivisque hac  
arte detestis, impium senem sic divinus  
Flavianus affatus est: *Inveterate dierum ma-  
lorum, arguit te os tuum, & non ego: &  
labia tua contra te testimonium tulerunt.* I-  
taque hoc patefacto morbo, Syria quidem  
sunt expulsi, in Pamphilia vero concesse-  
runt, quam hac peste impleverunt.

*Hactenus hæreses qua ad Marciani tempora  
exsisterunt. A Marciani vero ætate ac de-  
inceps paulo post, iub Leonis imperio,  
exortæ sunt istæ*

80. **N**ESTORIANI. Hi Deum Ver-  
bum secundum se ac seorsim ex-  
sistere docent, ac secundum se & seorsim  
eius hominem : atque humiliata quidem e-  
orum quæ Dominus in carne gessit, soli  
tribu-

tribuunt homini ipsi ; sublimiora vero ,  
quaque L eum deceant , soli Deo Verbo ,  
ac non utraque uni eidemque personæ ad-  
scribunt .

81. EUTYCHIANISTÆ , ab Eutychè  
nomen sedæ mutuauit tunt . Hi negant Do-  
minum nostrum Jesum Christum ex sancta  
Virgine Maria carnem assumisse , sed di-  
viniori quadam ratione incarnatum esse af-  
firmant : nec intelligunt Deum Verbum ,  
cum sibi hominem ex Virgine Maria uni-  
vixisse , qui Adami primi parentis peccato e-  
rat obnoxius ; quo factum sit , ut *principa-  
tus & potestates cum expoliasset , tandem aduxerit  
confidenter , palam , sicut scriptum est , tri-  
umplans in cruce , quas per peccatum pri-  
mi hominis induerat .*

82. ÆGYPTIACI , qui & Schematici  
& Monophysitæ , praetextu tomi qui Chal-  
cedone conditus erat , ab Ecclesia orthodo-  
xa defecerunt . Ægyptiaci autem appella-  
ti sunt , quod Ægyptii schematis hujus au-  
tores extiterunt , Marciano & Valentinia-  
no Imperatoribus . In reliquis autem omni-  
bus orthodoxi sunt . Hi ob studium suum

erga. Dioscorum Alexandrinum , in Concilio Chalcedonensi , quo Eutychis placitorum defensor esset , depositum , sese Synodo opposuerunt , innumerisque aduersus illam criminationes confinxerunt : quas jam supra hoc in libro abunde refutavimus , ubi & ipsos vanos & dementes esse ostendimus . Horum principes Theodosius Alexandrinus , a quo Theodosiani ; & Jacobus Syrus , a quo Jacobitæ sunt nominati . Quorum doctrinæ confortes , assertoresque & patroni fuerunt Severus Antiochenorum corruptor , & qui vana commentus est ac elaboravit , Joannes Tritheita . Hi generis humani salutis mysterium negantes , aduersus a Deo afflatæ Synodi Chalcedonensis sexcentorum triginta Patrum doctrinam multa conscripsierunt : multaque in suam ipsi perniciem , illis qui pereunt , juxta iter scandala posuerunt . Quin & particulares substantias docentes , universum incarnationis mysterium confundunt : quorum impietatem compendioso colligere operæ pretium fore putavimus , brevibus insertis scholiis , ad refutationem impiaæ ac nefandissimæ eorum hæresis

cessis. Illorum porro propugnatoris antesignani Joannis, quibus vel maxime glorian-  
tur, dogmata, seu potius deliramenta, ob-  
sculos repræsentabo.

---

*De Natura & Hypostasi quid sentiant Seve-  
riani, & quomodo particulares substancialias  
doceant: Joannis Gramatici Tritheitæ, qui  
& Philoponus dicitur, ex sermone quarto  
operis, cui titulus, Arbiter.*

**C**ommunis enim & universalis naturæ ratio, et si ipsa per se una est, attamen in multis subiectis existens, sit multa, ita ut integre in unoquoque & non ex parte consistat: quemadmodum etiam navigii ratio, quæ in navis fabricatore est, sponte multiplicatur, cum existat in multis subiectis. Consimili quoque modo præceptoris consideratio, cum sit una, suapte ratione propria, quando a discipulis percipitur, simul cum illis multiplicatur, tota in unoquoque existens. Præterea annuli types, & unus est, & in pluribus expressionibus totus in unaquaque existens, jam multa est, & dicere

dicitur. Itaque multa navigia, multi homines, expressiones multæ, & qui multis discipulis communicantur conceptus, numero qualem in individuis plura sunt, atque divisa, non unita; specie vero communi, multi homines unum constituant, & multæ naves, unam; pariterque conceptus atque etiam expressiones identitate imaginis unitatem habent: adeo ut illa secundum aliud multa sint & divisa, secundum aliud vero, unita & unum.

Adhæc quamvis continuis saepe numerum attribuamus; v. g. dum dicimus, duorum cubitorum lignum esse; attamen quod unum est, duo esse pronunciamus virtute, non actu: quandoquidem unum est actu, non duo. Quia vero per sectionem duo fieri potest, ideo dicimus esse duarum mensurarum.

*Ex Arbitro. CAP. VII.*

**S**EPTIMUS sermo erit, quo ex iis quæ supponunt illi qui contraria sentiunt, veritas muniatur. Cum enim duas esse Christi naturas supponant, unam & solam ipsius esse

esse concedunt hypostasim seu personam : consimili ratione , & peræque rejicientes eos , qui unam Christi natu ram post unionem , tamen etiam illos qui duas in eo hypostases confitentur . Verum priusquam hypothesim istam refellamus , operæ pretium existimo prius desinere quid Ecclesiarum doctrina per naturæ nomen , quæd per personæ & hypostasis indicari velit . Itaque naturam esse censet , communem rationem qua sunt ea quæ eandem participant essentiam ; v. g. cuiuscumque hominis natura est , animal rationale , mortale , intelligentiæ ac disciplinæ capax . In hoc enim nullus hominum ab alio distinguitur . Essentiam autem & naturam pro eodem sumit : at hypostasim , seu personam , esse docet naturæ cuiuscumque existentiam singulariter consistentem , atque ut ita dicam , circumscriptionem ex quibusdam proprietatis bus constitutam , secundum quas illi a se invicem differunt , qui communem obtinent naturam . Uno verbo , quæ individua vocare solent Peripatetici , in quibus communium generum & specierum desinit divisio .

Hæc

Hæc Ecclesiæ doctores Hypostases, interdumque personas vocaverunt. Nam cum animal dividatur in rationale & irrationale, & rationale in hominem, Angelum, & Dæmonem, ea in quæ singulæ existit species in simis secantur, ut homo, in Petrum & Paulum, Angelus, in Gabrielem & Michaelem ceterosque singulos Angelos, individua appellant; quoniam fieri non potest ut horum quodque jam subdividatur in alia, quæ naturam suam post divisionem servent. Etenim hominis divisio in corpus & animam totius animalis interitum efficit. Hinc ea dicere individua placuit illis. Hæc autem eadem ab Ecclesiastica disciplina nominantur hypostases; quia in ipsis genera & species existentiam habent. Quamvis enim e. g. propriam essentiæ rationem habeant animal & homo, quorum illud genus sit, hoc species; attamen in individuis existunt, Petro in Iuan, & Paulo, sine quibus non subsistunt. Quid ergo sit Hypostasis quidve Natura, iuxta Ecclesiæ expositionem, diximus.

Itaque illa hominis natura communis,  
secun-

Secundum quam quivis homo ab alio homine non differt, dum in unoquoque individuum existit, propria deinceps ipsi fit, nullique alteri communis; quemadmodum c. iv. statuimus. Nam quod in me est animal rationale, mortale, nemini alteri est commune. Certe impossibile non est, ut homine aliquo, sive bove, sive equo paciente, nihil patientur ejusdem speciei individualia. Siquidem moriente Paulo, fieri potest ut cœterorum hominum nullus morietur; atque nascente Petro, & in rerum naturam edito, futuri post illum homines nondum existunt. Igitur unaquæque natura non uno duntaxat modo dicitur id quod est, sed dupli. Alio quidem, si consideremus communem cujusque naturæ rationem, ipsam in se spectatam; puta naturam hominis, aut equi, in nullo individuo existentem; altero autem modo, cum eandem naturam communem in individuis existentem perspexerimus, & quatenus in unoquoque eorum particularem sumit existentiam, quæ nulli alteri, præterquam illi ac soli, conveniat. Quippe quod in me

est

est animal rationale, mortale, nulii homi-<sup>us</sup>  
 num aliorum communē est, neque anima-  
 lis natura quæ eit in isto equo, in alio  
 quopiam reperiētur, ut modo ostendimus.  
 Porro quod hunc sensum habeat Ecclesiæ  
 de naturis & hypostatis doctrina, ex eo  
 manifestum fit, quod unam Patris, Filii,  
 & Spiritus sancti naturam confiteamur;  
 tres vero horum doceamus hypostates, sive  
 personas, juxta quas unumquodque proprie-  
 tate quadam a reliquis discernatur. Quid  
 enim eis est una divinitatis natura, nisi di-  
 vinæ naturæ communis ratio in se spectata,  
 ac per mentem ab hypostasis cuiuscumque pro-  
 prietate sejuncta? quod etiam specialius na-  
 turæ nomen intelligamus, dum in singulis  
 individuis, seu hypostatis, communem  
 naturæ rationem propriam effectam contem-  
 plamur, ut nulli post hac alteri eorum quæ  
 communī speciei subjacent, convenire va-  
 leat; ex eo adhuc clarum est, quod in  
 Christo duarum naturarum, humanæ & di-  
 vinæ, unionem profitemur. Non enim di-  
 cimus communem divinitatis naturam, quæ  
 in sancta Trinitate intelligitur, fuisse in-  
 carna-

carnatam : nam sic etiam Spiritus sancti prædicare nu incarnatiō nem . Sed neque communem humānē naturae rationem Deo Verbo unitam fuisse censemus : quia hoc iterum pæsto hominibus , qui ante Verbi adventū vixerant, quique post illum vivētū sunt , unitum omnibus esse Dei Verbum merito pronunciaretur. Verum patet quod hic naturam divinitatis dicamus , naturam divinitatis communis , quæ est in hypostasi Verbi . Unde cum unam naturam Dei Verbi incarnatam confitemur, per hoc quod a idimus , Dei Verbi , aperte secernimus illam a Patre & Spiritu sancto . Ita ut hic quoque communem divinæ naturæ rationem , modo Verbi Dei propriam intelligentes , assertamus carnatam fuisse Dei Verbi naturam . Rursus humanitatis naturam Verbo unitam esse affirmamus , nempe singularissimam illam existentiam , quam solam ex omnibus Verbum assumpsit : ut juxta hanc naturæ significationem fere idem sint natura & hypostasis ; nisi quod hypostasis nomen simul comprehensas habet proprietates , quæ singulis præter commu-

nem naturam insitae sunt , secundum quas a se invicem separantur . Quocirca e nos tuis multos varie invenias dicentes , *naturam* , sive *hypostasim* unionem factam fuisse . Nam si hypostasis , ut ostensum est , singularem & individuam cuiusque significat existentiam , & ex equo his nominibus saepe usi sunt , liquet eos per haec velle indicare nobis naturam maxime singularem ; quandoquidem loquendo de his quæ modo versamus , & secundum usum qui obtinuit apud illos , qui de iisdem disputatione , apud omnes consuetudo invaluit , communem naturæ rationem appellare *hominem* : ut cum ajunt hominem esse speciem animalis ; qua nempe ullum ex individuis species est generi subiecta , nec dicitur . Ad haec hominem dicimus differre ab equo ; ipsas videlicet universales intelligendo naturas , ac rursus Petrum hominem esse dicimus , item Paulum , & Joannem ; nec non natum esse hominem , singularem utique , & communi naturæ humanæ ratione eodem modo se habente . Illud etiam præmonere operæ pretium est , personæ & *hypostas*

Postas̄ nōmen s̄æpe quidem apud nos eandem habere significacionem; velut quis idem appellaverit entem & gladium. Sic ergo in sancta Trinitate tres personas & tres hypostases indiscriminatim pronuncianus, ex figura Paralleli dicta per utrumque idem declarant̄. Sæpe tamen personam ab hypostasi distinguunt, personam vocantes, mutuam inter se quāndam relationem: quām personæ significationem non ignorat consuetus usus. Dicimus enim, ille meam personam assūmisit: &, in illius persona vadimonium s̄istit. Itēn Præfectum dicimus personam gerere Imperatoris. Exinde quā Nestorii placitis adh̄erent, cum unam in Christo naturam, unamq̄e hypostasim admittere refugiant; quia neque naturarum, neque hypostasium secundum ipsas profitentur unionem, sed Mariæ filium metum esse hominem, qui divina luce perfusus fuerit, ideoque reliquis omnibus Deiferis viis antecelluerit, in quorum unoquoque particularis duntaxat fuit illustratio: at nihilominus summa fiducia unam esse Christi personam affirmare non dubitant, habitu-

dinem Dei Verbi versus hominem ex Maria genitum, unam personam nuncupantes; quoniam omnem ille divinam œconomiam, dispensationemque, in persona divinitatis Dei Verbi operabatur, ac propterea contumeliam homini illatam in Deum juie referti; quia quæ a subjectis erga præfatum exhibetur veneratio, aut contumelia, in ipsum refertur Imperatorem. Hanc porro relationem, Christi denominatione declarari contendunt: unde & Christum unum vocare non dubitant; quandoq. idem, ut diximus, relatio una est, etsi multa sunt, quæ illam participant. Clarum itaque esse reor iis, qui de Incarnatione Salvatoris religiose sentiunt, nos, cùm unam Christi personam profitemur, non juxta Nestorianorum mentem personæ nominem ad simplicem Dei erga hominem affectum, aut habitudinem referre; sed ad eundem sensum hypostasis & personæ appellationem usurpare. Quamobrem unam Christi personam esse dicimus, velut unam hominis hypostasim, Petri puta, vel Pauli.

Jam vero illud quoque cum aliis præmet-

nente

pendum nobis est; humanitatem Christi ne vel quam brevissimo tempore substituisse non unitam Verbo; sed simul ac in verum naturam prodire cœpit, una accepisse unionem cum Verbo. At naturam illam omni subsistentia destitutam neutiquam diximus; quippe quæ peculiarem præ cœteris nominibus subsisterendi modum habuerit, existentiamque suis circumscriptam terminis, ac proprietatibus quibusdam a communis cœterorum natura diceretam. Id quippe significare hypostasis nomen superius ostendimus. Quapropter, sicut in divinitate Christi naturam & hypostasim confitemur; consimiliter in ejus humanitate ipsius, ut naturam, ita & singularem hanc hypostasim confiteri necessum est; ne, ut dixi, naturam illam subsistentiæ experientem esse pronunciare cogamus. Id enim constat, quod inter individua naturæ communi subjacentia extiterit Salvatoris humanitas.

His ex ordine & clare explicatis, atque ab omnibus, ut reor, admissis, dicant nobis, qui naturas duas in Christo, ac unam hypostasim statuunt; quando ambo illa quæ-

unita sunt, naturam simul & hypostasim, necessario habuit, ut demonstratum est, aequaliter naturarum & hypostasium confitentur factam tuisse unionem; vel existent magis unitas hypostases tuisse, cum ex duabus una substiterit; minus autem naturas; unde & dux post unionem remanserint.

Post alia in quibus exponit qua ratione substantia magis & minus non recipiat, subiungit.

Unam quidem naturam esse, quæ, multas hypostates constitutat, apud omnes esse compertum arbitror. Ita igitur unam esse divinitatis naturam confitentes, tres ipsius esse hypostases pronuntiamus. Sed & hominum quoque una est natura; quæ ipsi subiunt hypostasis, in infinitam fere multitudinem protensis: & sic in aliis. Naturæ dux, quæ dualitatem secundum numerum retincent, unam efficere hypostasim non possunt: idque non inductione solum singularum probare licet (quo enim pasto una foret lapidis, ac ligni, aut bovis, & equi hypostasis, hoc est individualium unum) verum.

sum etiam ex ipsa rationis vi. Si enim in hypostatisbus (id autem dicere est, atque in individualiis) natura quaque accipit existentiam, necesse proisus est, ubi duæ sunt naturæ, ibi ad minimum duas hypostates esse, in quibus existentiam eæ naturæ suscepint. Non potest quippe natura secundum se subsistere in nullo individuo spæcata. Individuum autem idem esse ac hypostasim ante hac demonstravimus. Quocirca qui non modo hypostasim unam, sed & naturam propter unionem extitisse volunt, secum, ac cum veritate consentire reperiuntur. Qui vero hypostasim unam, ac naturas duas ponunt, tam a se, quam a veritate videntur dissentire. Sed ajunt. Eo quod humanitas Christi in Verbo hypostasim habuerit, nec ante unionem cum Verbo substituerit; idcirco unam affirmamus esse Christi hypostasim. Quibus quidem nos quoque dixerimus: annon igitur unum idemque significari censetis per naturam & hypostasim, adeo ut diversa cunctaxat sint nomina in unum atque idem significatum cadentia, ut gladius & ensis, aut aliud &

aliud. Si porro idem; cum una hypostasis sit, unam quoque naturam esse necessum est; ve ut si unus ens tuerit, etiam unum gladium fore necesse; aut si duæ naturæ, hypostases quoque duæ eadem necessitate erunt. Quod si aliud significat naturæ nomen, aliud hypostasis; causam autem cur una sit Christi hypostasis, eam esse arbitriantur, quod hominis hypostasis, seu persona, ante unionem cum Verbo non existenter. Verum si ante substituit unita Verbo particula s natura, necesse prorsus est, ut ante subsisteret ejusdem quoque naturæ hypostasis. Horum enim alterutrum esse nequit, quin reliquum etiam existat: particularem dico naturam absque propria sua hypostasi. Ambo unum quippe sunt subiecto, et si eodem saepe concurrunt apud eos qui iis vocibus utuntur, sicut paulo ante ostendimus Itaque si quemadmodum hypostasis, ira & natura Verbo unita, non subsisteret ante unionem cum illo; eo ipso unique quod unam Christi hypostasim concedunt, propter idem continuo unam ejus esse naturam fateantur. Etenim quandoquidem

quidem non differunt in unione, nec in  
hoc etiam differentes inveniuntur.

---

84. APHTHARTODOCETÆ, a Ju-  
liano Halicarnasseno & Gajan. Alexandri-  
no, qui iidem Gajanita vocati sunt, ori-  
ginem ducunt. Hi, cum in aliis omnibus  
Severianis contentiant, hæc solum ab eis  
dissent, quod Severiani in Christi unione  
distinctionem specie terus admittunt; Ju-  
lianistæ vero & Gajanitæ (non solum du-  
arum in Christo iatuarum distinctionem  
negant; verum etiam) Donini corpus jam  
inde ab ipsa formatione inconcipibile sustinuisse  
decent. Ac quidem patentur sustinuisse  
Dominum passiones, puta tamem, & si-  
tini, & laetitudinem; sed non eo quo nos  
sustinemus modo, ipsum hæc sustinuisse  
volunt. Nos enim naturali necessitate: at  
Christum sponte ajunt hæc passum esse,  
nec legibus naturæ servuisse.

85. AGNOETÆ, qui & Themistiani.  
Hi impie docent Christum netire diem  
judicii, eique timorem adscribunt. Sunt

porro isti sancta quedam Theodosianorum, nam hæresis ipsorum auctor Themistius, unam in Christo naturam compositam docebat.

86. **BARSANUPHITÆ**, qui & Semidalitæ, cum omnia Gajanitarum ac Theodosianorum placita defendant, aliquid insuper invchunt. Similani enim addunt iis, quæ a Dioscoro olim oblatæ fuerunt, extremoque digito contingentes, farinam leviter degustant; hocque mysterii loco accipiunt, cum nullam ipsi præius oblationem faciant: verum, ut dictum est, adhibitis Dioscori symbolis, additaque simila, quæ paulatim intumantur, id illis in communionis parte cedit.

87. **HICETÆ**, Monachi sunt, cœteroqui plane orthodoxi: id vero proprium factitant, ut una cum sanctimonialibus in Monasteriis cœtus agentes, hymnos Deo cum chorea & tripudiis offerant; chorum illum imitantes, qui Moysè duce conflatus est, cum Ægyptii in Mari Rubro submersi periere.

88. **GNOSIMACHI** sunt, qui omni Chri-

Christianæ religionis cognitioni ac scientiæ ita adversantur, ut supervacaneum eorum laborem esse dicant, qui ex scripturis civinis cognitiones aliquas exquirunt; nempe cum Deus præter bona opera a Christianis nihil aliud exigat. Piæstare itaque ut quis simplicius in edat, nullumque dogma ad scientiam attingens curiosius scrutetur.

89. HELIOTROPHITÆ sunt, qui iis in herbis, quæ solem ejusque radios sequuntur, inesse vim quandam divinam dicunt, qua ejusmodi conversiones in illis efficiantur: quamobrem cultum eis adhiberi volunt; nec intelligunt motum qui in his animadvertisit, naturalem esse.

90. THNETOPSYCHITÆ, animam humanam similem animæ pecudum inducunt, eamque ajunt cum corpore perire.

91. AGONYCLITÆ sunt, qui nullo tempore orantes genuflectere volunt ac provolvi, sed semper orant stantes.

92. THEOCATAGNOSTÆ, id est Dei reprehensoris, qui & blasphemii; ii sunt qui in verbis quibusdam gestisque Domini nostri Dei, ipsique dicatarum personarum

narum sanctorum, nec non scripturarum sacrarum audierit inferre crimen, temerarii homines ac maledici.

93. CHRISTOLYTÆ, seu Christum solventes, sunt qui Dominum nostrum Iesum Christum ajunt, posteaquam surrexit a mortuis, relitto in terra animato corpore, nuda solaque Deitate ad cœlos ascendiisse.

94. ETHNOPHRONES, qui, cum Gentium instituta ac mores sequantur, cetero- qui Christiani existunt. Hi genesim inducunt, fortunamque & fatum: omnem Astronomiam Astrologiamque suscipiunt; omnem etiam divinationem & auguria: auspiciis attendunt, expiamentis, omnibus, portentis, beneficiis, & similibus aliis impiorum fabulis, ac si quid Gentilium moribus inolevit. Quin & Gentilium festa aliqua venerationi habent, dieisque rursus & menes observant, & tempora & annos.

95. DONATISTÆ, a Donato quodam in Africa ortum habuerunt. Is tradebat illis os quoddam, quod manu tenentes prius oscularentur, quam factorum mysteriorum

& donorum participes essent, quotiescumque illa offerenda forent.

96. ETHICOPROSCOPTÆ sunt, qui circa mores, seu rerum agendaum scientiam errant; ac moralia quædam laude digna criminantur: quædam vero digna vituperio sectantur ut bona.

97. PARERMENEUTÆ sunt, qui nonnulla divinarum scripturarum tam veteris, quam novi Testamenti capita perperam interpretantur, inque suum scopum detorquent; ita affecti ut plerasque accuratas, ac quibus nihil insit quod quis jure criminetur, interpretationes contentionis studio rejiciant, præ nimia quadam imperitia, iudicique deficientia: quare nec intelligunt hac ratione nonnulla se hæreticorum dogmata confirmare.

98. LAMPETIANI, sic appellati a Lampetio quodam. Hi volentibus in societate & cœnobiosis vitam agere, quod cuique libitum fuerit, probaveritque, colere concedunt; quemque arriserit habitum induere. Neque enim deceat, inquiunt, ut Christianus vi quidquam facere cogatur,

quam-

quando scriptum est , + voluntarie sacrificabo tibi . + Et iursum , quia ex voluntate mea confitebor illi . Quinimo non nulli asserunt , eos permettere ; naturalibus affectionibus indulgēri , nec velle eis repugnari ; tanquam nātūra hoc exīgat . Feruntur quēdām alia sentire , quae affinia sīnt placitūs eorum , qui dicuntur Acriani . (Ex his Eustathius quidam prodidit , a quo Eustathianū . )

*Hactenus heresēs , quae usque ad Heraclīum tempora existiterant .*

*Ab Heraclīi etate , cōdemēps exortæ sunt quae hic subiiciuntur .*

99. **M**ONOTHELETÆ , a Cyro Alexandrino originem duxerunt ; a Sergio autem Constantinopolitano robur acceperunt . Hi duas nātūras ac personam unam in Christo agnoscunt ; at unam voluntatem , una nque operationem in eo ponunt : qua ratione duplēcē naturam tollunt , Ac Apolinarii dogmata valide confirmant .

(100) **AUTOPROSCOPTÆ** . Hi per om̄e

+ Psal. 53. 8 + Psal. 26. 8.

omnia quidem orthodoxi sunt, sed temere, levissimaque de causa ab Ecclesiæ Catholice communione sese abscederunt, canonicarum observationum gratia. Cumque nec Episcopi, nec omnino plebis praesides sint, sed gregarii quidam homines, in ea ipsi impingunt, quæ aliis objectant. Palam siquidem cum feminis habitant, introductias mulieres apud se retinentes; mercatibus, lucris, aliisque secularibus negotiis vacant, & vitam agunt a ratione prolsus dislentaniam, ut ea opere destruant, quæ sermonibus nituntur adstruere; adeoque prævaricatores sunt secundum sententiam Apostoli. Nam, tametsi sunt Monachi, & sub clero constituti, voce quidem Deum honorant, opere autem contemnunt. Porro homines quidam illos sequuntur, velut stupore attoniti, ambulantes in simplicitate sua. Cœterum genuini Ecclesiæ alumni, sacros quidem canones colunt, ut tamen quæ ad eos spectant, Episcoporum, præpositorumque judicio permittant: atque ita illos opere observant, quos ordinis conservandi gratia impense venerantur.)

101. Sed & hactenus viget populorum  
seductrix, ISMAELITARUM supersticio  
quæ Antichristi adventum antevertit. Du-  
cere originem fertur ab Imaele, quem  
Abraham ex Agar suscepit: quamobrem  
Ismaelitæ vulgo Agarensi cognominantur.  
Saracenos autem eos vocitant, quasi ΤΗΣ  
Σαρρα κενγς, id est a Sarra vacuos,  
propterea quod Agar Angelo responderit,  
Sarre vacuan me dixit. Hi Idolatriæ  
addicti cum essent, stellam matutinam a-  
dorabant, ac Venerem, quam & Chabar,  
quod Magnam sonat, lingua sua appellant:  
usque ad Heraclii tempora pœnam est eos  
Idola coluisse: inde autem ad nostram us-  
que æraten falsus illis exortus est vates,  
Mamed nomine: qui cum in libros Veteris  
Novique Testamenti incidisset, habuitis  
cum Ariano quodam Monacho coll. quis,  
pr prian sectam condidit. Tum conciliato  
sibi gentis favore per religionis & pietatis  
larvam, scripta sibi delata esse de cœlo,  
missaque a Deo prædicavit. Quocirca, e-  
xartis in libr. suo lucubrationculis qui-  
busdam risu dignissimi, hunc illis colen li  
Dei

Dei ritum tradit.

¶ Unum Deum ponit universi auctorem, qui nec genitus sit, nec genuerit. Christum autem Dei Verbum esse dicit, ejusque spiritum, sed creatum & servum, ex Maria sorore Moysis & Aaron sine semine natum. Verbum quippe Dei, inquit, cum in Mariam introisset, Jesum genuit, qui Propheta & Dei servus fuit. ¶ Hunc cum Judæi per summum nefas in crucem agere voluissent, apprehendissentque, ipsius quidem umbram affixerunt cruci: Christus vero nec crucem nec mortem subiit. Eum quippe Deus, quia sibi carissimus erat, transtulerat in cœlum. ¶ Illud etiam narrat, Christum, cum in cœlum ascendisset, interrogatum a Dœo fuisse, num se Dei Filium esse dixisset: Jesum vero hoc modo respondisse: Propitiatus mihi sis Domine, Scis me nunquam id loquutum esse, neque tuam me fastidire servitatem. Verum homines improbi hoc me dixisse mendaciter scripsierunt contra me, magnoque in errore verulantur. Tum Deum illi respondisse:

Cc

novi

¶ Sur. 2. 4. ¶ Sur. 3. &amp; 4. ¶ Sur. 4.

novi te sermonem hunc minime protulisse. Alia insuper multa portento similia in hoc libro comminiscitur, ac plane ridicula. Hoc quideam volumen a Deo sibi demissum gloriatur. Nos vero si sciscitemur, quo teste horum ille a Deo acceperit, quiive Prophetarum ejusmodi prophetam exturrexerunt prænunciauit; hæsitantibus illis, responimus, Moysen tunc accepisse legem in monte Sina, cum Deus, universo populo conspiciente, in nube, igne, caligine, & procella se manifestum præberet, atque omnes Prophetas, a Moyse & deinceps adventum Christi diu ante prædictissimum, itemque Christum Deum, Deique Filium assumta carne ventorum, in crucem actum iri, mortitum esse, & a mortuis resurrectum, eundemque futrum vivorum & mortuorum judicem. Ab his ergo si queramus, cur non modo venerit Propheta vester, aliis ipsis testimonium perhibentibus; quin nec vobis quidem cernentibus, Deus veluti Moysi, sp.stante p. palo & monte fumigante, legendelerat, sic illi scripta, quæ commemoratis, tradiderit, ut

vos rei gestæ certiores essetis : respondent Deum facere quæ ipsi allubuerit . Id quod nos quoque profiteri dicimus : sed qua tandem ratione scriptura ista ad Prophetam vestrum demissa sit , hoc rogamus . Respondent eam super illum sonno quiescentem delaplasm esse . Tum nos jocosum hoc eis objicimus : quandoquidem scripturam exceptit dormiens , nec divini illius quidquam afflatus sensit , in ipsum recte cadit titulum illud adagium . \*\*\*

† Rursum dum querimus , cur nam , cum ipse in scriptura vestra vetuerit , ne quid remotis arbitris ageretis aut acciperetis , ab ipso tamen non petiistis , ut primum testes produceret , qui ipsum & Prophetam esse pronuntiarent , atque a Deo venisse ; utque demum doceret , quænam Scriptura de se testimonium tulerit : tunc præ pudore silent . Quibus merito subjungimus : quoniam nec uxorem ducere vobis absque testibus licet , nec emere , nec acquirere , ita ut re asinum quidem , neque jumentum fieri vestrum sine testibus sustineatis :

Cc 2

cum-

† Sur. 4. &amp; 5.

cumque uxores, possessiones & reliqua testibus adhibitis comparetis, solam fidem nihilominus & Scripturam nullo teste suscipitis? Nam qui vobis eam tradidit, nulla parte certitudinem habet, nec quisquam qui ante sit testificatus existit: quinimo cum ille oppressus somno jaceret, eam accepit. Sed & nos ~~estates~~, i. *Sociatores*, appellant, quia socium inquiunt nos Deo adjungere, dicendo Christum esse Dei Filium, ac Deum. Quibus nos respondeamus, hoc a Prophetis & sacra Scriptura traditum esse. Atqui vos Prophetas recipere assiveratis. Si itaque Christum Dei Filium perperam confitemur, id ipsi nos docuerunt, nonisque tradiderunt. Porro nonnulli quidem ex eis, nos haec Prophetis adjecisse ajunt, eos alio sensu & per allegorias expонendo. Alii inductos in errorem dicunt ab Hebreis, quo adversum nos odio perciti sunt; ut haec Prophetarum nomine scripsérint, quibus in interitum traheremur.

Rursus autem nos eis objicimus, cur nos tanquam *Sociatores* probris infestamini, vos qui Christum Dei Verbum & spiritum esse dicitis?

dicigis? Verbum siquidem & spiritus iungunt nequeunt ab eo cui naturaliter insint. Si igitur est in Deo tanquam verum ipius, manifestum est & Deum esse. Sin vero est extra Deum, ex vestra opinione sequitur Deum sine vero & spiritu esse. Deum itaque mutilatis, dum ei locum cœvetis adhibere. Nam satius fuisti vobis dicere, eum habere socium, quam ipsum mutilare, & lapidem esse, lignumve, aut rem quainlibet tensus expeditum adstruere. Non ergo circa mendacium nos ~~est~~ aures, i. *Sociatores* vocitatis: nos vero vicissim Dei mutilatores vos appellamus.

Insuper nos tanquam Idololatras criminantur, quia Crucem adoramus, quam & ipsi abominentur. Ad quos dicimus, qui fit igitur ut lapidi, qui in *Clabatla* vestra est, vos adfricetis, eumque complexantes deosculemini? Quidam illorum respondent super illo Abrahamum cum Agare coivisse: alii Camelum illic alligasse cum Isaac immolatus esset. Ad quæ nos reponimus: cum dicat Scriptura, montem tuisse nemorum & ligna habuisse, ex quibus segmen-

torum fascem Abrahamus Isaaco ad holocaustum imposuerit, iliumque asinas cum pueros reliquise, unde vobis tot ineptiae? Haudquaquam enim illic dumosa ligna sunt, quin nec illuc transitus asinis patet. Hinc illi quidem rubore suffunduntur: nihilominus Abrahami lapidem esse afferunt. Nos vero, sit sane Abrahami, aimus, uti vos nugamini: non vos pudet eum idcirco duntaxat osculari, quia super eum Abraham sit cum muliere congressus, aut quia eidem camelum alligarit; cum nos interim emendatione dignos habeatis, quod Christi Crucem adoremus, per quam potestates dæmonum, & Diaboli fraudes profligatae sunt? Cœterum lapis ille quem ajent, caput est Veneris quam adorabant, quamque Chaber nun upabant, in quo etiam hodieque sculpti capitis effigies diligenter inspicientibus appetet.

Mattæus ille cum multa deliramenta, ut dictum est, conscripserit, eorum singulis non nina indidit. Cujusmodi est Scriptura, seu caput *Mulieris*, in qua propalam lege sancit quaternas uxores accipere, &

con-

concubinas , si fieri possit , mille , quotque manus ejus iubicas contineat , præter quatuor illas uxores : quam item voluerit , dimittere , aliquaque , si allubescat , ducere , ob ejusmodi cautiam statuit . Socium habebat Mamed , Zidum nomine , cui formosa uxor erat , quam Mamed deperiret . Cum itaque una federent , ait Mamed : Heus tu , præceptum mihi a Deo est , ut uxoriem tuam accipiam . Cui ille respondit : Apostolus es , fac sicut dixit tibi Deus : uxorem meam accipe . Imo , ut rem a capite repetamus , ait illi : mandavit mihi Deus ut uxorem tuam dimittas . Elapsisque diebus aliquot , dixit : Præcepit Deus ut eam quoque mihi sumerem . Deinde cum acceptam illam adulterio stuprasset , legem hanc tulit : Uxorem suam , qui volueri dimittat : quod si postquam dimiserit , ad eam revertatur , ducat illam alter . Non enim licet eam accipere , nisi ante duam ab alio : ita ut si frater etiam illam dimiserit , ducatur a fratre ejus , si libuerit . Porro in Scriptura sua ejusmodi quædam pronuntiat : Operare terram quam tibi dedit , Deus , &

studiose illam cole : atque hoc facito , & ad hunc modum ; ne omnia ut ille obsecra- na proferam .

† Rursum scripturam edidit *Cameli Dei* , de qua narrat : *Camelum* ex Deo prodississe , quæ totum fluvium ebiberet , neque inter duos montes transiret , quia ipsi satis spa- tii non esset . Populus igitur , inquit , illius loci , uno die fluminis aqua potabatur , altero Camelus . Quæ cum aquam ebiberet , ipsa potabat illos , aquæ loco lac submini- strans . Improbi vero cum essent illi homi- nes , impetu facto Camelum occiderunt . Hæc parvam *Camelum* genuerat , quæ in- terfecta matre clamavit ad Deum , qui eam ad se assumuit . Quocirca nos quærimus ab eis ; undenam erat Camelus illa ? Ex Deo , inquiunt . Cum nos rursus : Coivit cum ea Camelus altera ? hoc ipsi negant . Quoniam pacto igitur genuit ? Nam *Camelum* vestram videmus sine patre , sine matre , sine gene- alogia . Quæque ipsam genuit , male periit . Qui in nec appetet quis admissarius ejus fu- erit . Insuper & parva Camelus assumta est .

Cur

† *Sbr. 7. 11. & alibi.*

Cur vero Propheta vester, quicum, ut  
feris, loquutes est Deus, de Camelio non  
didicit, ubi palcatur, & a quibus mulge-  
atur? Ap forte ipia quoque malis oppressa,  
perinde ac mater interit? An præcursoris  
inſar Paradíſum ante vos petiit, ex qua  
fluvius ille lactis, de quo nūgamini, vo-  
bis manatus sit? Tres quippe fluvios vo-  
bis in Paradiso manare ianatis, aquæ, vi-  
ni, & lactis. Si vestrā Camelus, qua vos  
anteveſterit, extra Paradíſum degit, eam  
plane fame & siti exaruisse liquet; aut alii  
laete ejus fruuntur: adeoque Propheta ve-  
ſter fruſtra ſe cum Dœ colloquutum glori-  
atur, cui myſterium Camelij revelatum non  
fuerit. Sin autem eſt in Paradiso, aquam  
rurſum exhibet, ſubindeque in medio Para-  
diſi deliciarum ob aquæ penuriam areſcetis,  
ita ut viñum desideretis aqua non ſuppe-  
tente, quam totam Camelus eptarit.  
Tum meri potu exardeſcetis, præ ebrieta-  
te coſpitabitis, dormietisque: gravedine  
vero capitis per ſomnum etiam laborantes  
ex vini crapula, voluptatum quibus Para-  
diſus affluit obliuiscemini. Curnam igitur

hæc in mentem Prophetæ vestri non venerunt, ne forte vobis in horto deliciarum acciderent? cur solicitus de Camelō non fuit, ubi nunc degat? neque vos ex illo sciscitati estis, uti neque de flaviis illis tribus, quos venditor ille somni.rum edisseruit? Nos autem palam denuntiamus vobis, prodigiosum illam Camelum vestram vos præcessisse in animas asinorum, in quibus & vos, ceu jumentis nihil absimiles, versaturi estis. Illic porro exteiiores tenebræ sunt, & pœna immortalis, ignis personans, vermis pervigil, & tartarei dæmones.

† Rursus Mamed in scriptura *Mense* ait, Christum a Deo mensam petiisse, quæ concelta ipsi fuerit. Deus enim, inquit, illi dixit: Dedi tibi, tuisque mentam nulli corruptelæ obnoxiam.

† Præterea scripturam *Vaccæ*, aliaque diramenta risu digna condidit, quæ propter multitudinem prætermittenda censeo. Suos cum mulieribus circumcidi præcipit; utque Sabbatum non observarent, neque baptizaren.

‡ Sur. 4. † Sur. 2.

zarentur injuriis. Ex ciliis in lege prohibitis quoddam sumere, & ab aliquibus abstinere tradidit: at vini potu illos in totum interdixit.

(102. CHRISTIANOCATHICOKI, sunt & dicuntur qui Christianos uni, vivo, & vero Deo servi ntes criminantur, ac si venerandas Domini Iesu Christi, & in maculatae dominæ nostræ sanctæ Iei genitricis, sancterumque Angelorum, nec non beatorum imaginibus, videnti Leos more Gentilium colant. Iconoclastæ vero vocantur, quod contumeliosam prorsus mentem praferentes, sacras & venerabiles imagines comminuerint, ionique tradiderint, & eas quæ depictæ in ruris erant, qua abraserint, qua calce & atramento obligeerint. Thyroleontes denique, quia potestatis qua pollent, arrepta opportunitate, furore feretiam armantes, illos qui venerantur in agines, voraberibus tormentisque supra modum excruciant. Quin & ab hæresis principe id nominis acceperunt).

(Centesima tertiae hæresis APOSCHISTÆ, qui & Doxani. Hi gloriam suam quæ-

rentes legi Dei non subjiciuntur , nec sacerdotibus ejus , hæresiique Autoprocoptauim alumni sunt : canonicas sanctiones requirere gestiunt : cumque nec sint Episcopi , nec plebi presides , sed homines gregarii , ad Ecclesia Catholica se junguntur . Euchitarum seu Massilianorum more Ascetas docent Ecclesiastis synaxibus non interesse , sed precibus quas in Monasteriis fundunt esse contentos . Cum permixtum & sine ordine mutuo dissideant (quia multifidum mendacium est) Ecclesiastica communione relicita , exactam disciplinam simulantes , alius alio melior apparere satagit . Quidam eorum sacrum baptisma non admittunt , nec divinæ communionis participes sunt . Alii neque figuram pretiosæ Crucis recens expressam , aut venerandam quamlibet imaginem salutant : & quod extrellum malorum est , cum cunctis se putent antecellere , sacerdotem nequidem recipiunt , sed mendacium more per simulatam virtutis speciem cautelatam conscientiam habentes , ad nihil utile verbis contendunt ; sed lignum , fœnum , stipulam , æterni ignis somitem sibi thesaurisant . Cœterum

rum ex æquo absit, cum Iconoclastarum fūrōr, tum Apotheistarum amentia; quæ quidem e diametro opposita sunt, at impietate paria.

---

Atque hæ quas hæc tenus delineavimus  
hæreies, compendio descriptæ fuerunt, ex  
quibus reliquæ sunt progenitæ. Sunt porro  
numero centum, a quibus, veluti foveis &  
præcipitiis, sancta & Catholica Ecclesia fa-  
giens, juxta ac a sanctissima Trinitate erudi-  
ta est, recte pieque docet & clamat: Credi-  
mus in Patrem, & Filium, & Spiritum san-  
ctum, unam in tribus hypostasisbus Deitatem,  
voluntatem unam, actionem unam, unam  
& in tribus ex æquo personis sapientiam in-  
corporalem, increatam, immortalem, in-  
comprehensibilem, sine principio immobilem,  
pati nesciam, sine quantitate, sine qualita-  
te, ineffabilem, immutabilem, invariabi-  
lem, incircumscripam, æqualis gloriæ, po-  
tentiae, majestatis, virtutis, naturæ, sub-  
stantia & bonitate longe majorem, triplici  
splendore, triplici sole, triplici fulgore radian-  
tem.

ten. Lumen est Pater, lumen Filius, lu-  
men Spiritus sanctus. Sapientia est Pater,  
sapientia Filius, sapientia Spiritus sanctus:  
unus Deus, & non tres Dii: unus Deus,  
Trinitas sancta quae in tribus personis existat.  
Pater est Pater, & in eum sit: Filius est Fi-  
lius, genitus, & non ingenitus: est enim  
ex Patre. Spiritus sanctus genitus non est,  
sed procedens: qua est ex Patre. Nihil cre-  
atum, nihil primo secundum, nihil domi-  
no tertium: sed Unitas Trinitas quae est; imo  
& erat, & est, & erit in secula; intellecta  
per fidem & auctoritatem: per fidem, inquam,  
non inquisitione, non investigatione, non  
demonstratione. Quanto magis enim investi-  
gatur, tanto magis ignoratur, & quo curio-  
sus indagatur, eo amplius absconditur. In-  
curiosus igitur ratione adoretur & credatur a  
fidelibus Deus. Et qui tamen eum in tribus  
esse subsistentiam crede. Quid nam autem ipse  
sit, non inquiras. Ne intra te ipsum diceras,  
ubinam est Deus: ubique siquidem Deus est.  
Ne dicas, quoniam modus est? quoniam ex-  
cedit omnem modum. Deus enim compre-  
hendi nequit. Ne dicas, quomodo Trinitas  
est

est? Nam Trinitas pervestigabilis non est. Si vero Deum studiosiusscruteris, te ipsum mihi primum edisferas velim, & quæ circa te sunt. Quis animæ tuæ existendi modus? quo pacto mens tua movetur? quinam verbum generas? qua ratione mortalis simul atque immortalis es? quod si hæc quæ intra te sunt, ignoras, quomodo ea quæ cœlis sublimiora sunt inquirens non horrescis. Vitæ fontem Patrem cogita, qui Filium ceu fluvium gignat; & maris instar, Spiritum sanctum. Etenim fons, fluvius, & mare una natura sunt. Patrem radicem reputa, ramum Filium, fructum Spiritum sanctum. Nam in tribus istis una substantia est. Sol est Pater, qui radium habet Filium, calorem Spiritum sanctum. Imaginem figuramque omnem Trinitas sancta longe superat. Cum partum audis ex Patre, corporalem cave sis ne intelligas: Verbum audiens, corporale verbum ne suspiceris: nec auditio Spiritus Dei vocabulo ventum aut spiramen tibi singas; sed sola fide nihil curiosus gloriam dicio. Ex rebus namque creatis conditor & opifex intelligitur. Crede insuper Dei Filii in carne dispensatione.

sationem ex Virgine inenarrabili modo sine  
 semine factam esse, ut ide n ipse sine confu-  
 sione & conversione Deus & hom , fuerit. Cre-  
 dendo gloria n ejus celebra ; illius, inquam ,  
 qui cuncta propter te certo consilio disponit ,  
 eique per bona opera adorationem & cultum  
 qui servum deceat , impende . Sanctissimam  
 Dei genitricem semperq ue virginem Mariam,  
 tanquam veram Dei matrem adora & venera-  
 re , omnes sanctos , uti servos illius . Hæc  
 si facis , rectus cultor existis sanctæ & incon-  
 fusæ Trinitatis , Patris & Filii & Spiritus  
 sancti , unias numinis & Deitatis , cui glo-  
 ria , & honor , & adoratio in secula sæculo-  
 rum . Amen .



BIBLIOTeca  
ASTRA  
SILV

